





Index operum que hic continentur

- V. Summa Probatorum Fratrum Predicatorum in Provincia Hispanie. Theologie, Prophezarum adversus quosdam assertus Ludovici Molinae de Societate Jesu quos defendit in corda liberi arbitrii cum gratia, donis et ca. aliis ejusdem concilii, Lectatores de eadem Societate.
- Allegaciones S^uorum et Doctorum quas afferunt Molina et Socii ad probandum
- 27. Aux³ etiam p^{ro}lethminans voluntate in clari, et responsio eius singula loca
- 27. Illustris etiam R^o P^{ro} Cardinalis Gregorius Sti Offij Inquisitoris
- 33. In Dominici Pannes in nullas p^{ro}pos que in ejus commentariis in 19 p^{ar}tibus et in 2.2.
- 32. Controversie inter Pres^{es} Dominicanos et Soc^{os} Jesu conc^o hujusmodi: an danda sit
- 32. aqua p^{ro}lethminans p^{ro} et motio physica ad eos effectus determinans voluntate mag^{is} ut illi
- 39. Aves que p^{ro}suadent oportere ut a S^{mo} D. Fe. Greg. 15 postulet, ac sic p^{ro}stat
- dandi typis excusos, mateq^{ue} p^{ro} gratia.
- Idem idem ac in num^o 82.
- 43. Sicut sententia Ludovici & Molina in materia auxiliij, que int^{er} PP^{os} Domⁱⁿicanos, et Jesuitas controversat.
- 44. An ad actus sup^{er}naturales elicendos necessarij ponenda sit in humana vol^{un}tate aliqua gratia adio p^{ro} se efficacis, ut eas posse vol^{un}tate repugnare n^{on} possint nec illi abjicere.
- 45. Idem ac in preced^{ente} num^o.
- 47. Propos^{it}io quibus sententia plurimorum PP^{orum} Societatis stinet.
- 48. Propos^{it}io quae in sententia multorum PP^{orum} Dominicanorum pluribus Societatibus PP^{orum} minime probant.
- 46. Causa, propter quam sententia & physica praedictae Societatis PP^{orum} sibi se-
guenda n^{on} putant, n^{on} modo loquendi probandi.
- 47. Propos^{it}io interroganda
- 49. Responsio PP^{orum} Societatis ad praedictas p^{ro}pos.
- 50. Responsio Fratrum Predicatorum ad praedictas p^{ro}pos.

- 169. Sententia PPY Predicatorum & response PPY Societatis circa 8 quest⁵.
- 165. Propos. in quibus conveniunt, et differunt Dominici, et Jesuita.
- 166. Propos. PPY Predicatorum, quibus eorum sententia continet.
- 167. Responsio ad eorum responsa.
- 168. Propos. quibus in 1^a questione & officia Dna grae PPY Predicatorum a sua sententia discrepare putamus.
- 169. Jesuitica sententia.
- 172. Propos. PPY Predicatorum.
- 181. Resp. PPY Societatis.
- 188. Questioe proposta ab Illustri Madruca ad PPY Predicatorum, et resp. PPY Societatis.
- 201. Responsio PPY Societatis.
- 204. Resp. ad propos. PPY Predicatorum.
- 206. Resp. ad tria praesupposita p. Joanne Vincentio.
- 214. Epistola Mysticismi, et RR^m Cardinalis Congregationis S^{te} Officij inquisitionis.
- 233. Procer. pro libero arbitrio.
- 242. De modo operandi intellectus, et ej⁹ operibus.
- 250. Vrij motu efficax, quae Deus movet hom. volens ad actus bonos, ita detinet, ut volens non possit resistere.
- 259. De efficacia Dei auxilij.
- 267. De libero arbitrio.
- 268. Inversa int. PPY Dominici, et Jesuita, ad quatuor praepue capit. revocat.
- 270. De Efficacia, et inefficacia auxilij.
- 288. De discordia, atq. concordia liberi arbitrij.
- 298. Memorial de M^{ro} Nicolas Richarte Americano.
- 299. Confusa in M^{ro} Cany, de varijis authoritatibus.
- 318. Parera Domini Banez non digna.

27. De libertate procer.
28. An ad elliciendo actus supernaturales ponendo sit gratia in volae ab initio
efficax.
29. Lektionen Supra procerum metaphysica, et Sup^a libri 12^o.

181 troj. ut. + 23 en tel.

30 Mayo - 1912

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]



(1)

Summa Apologia Fratrum Praedicatorum
 in Prouincia Hispaniae, sacrae Theologiae
 Professorum, aduersus quaedam assertiones
 Ludouici Molinae de Societate Iesu,
 quas defendit in concordia liberi ar-
 bitrij cum gratia donis, et contra
 alios eiusdem Concordiae sec-
 tatores, et defensores de eade
 Societate.

Archiv.

Ba

Ad Ill^{mu} et Ill^{mu} Dnum D. Fr^m Michaellem Bonellum
 S. R. E. Card. Alexandrinum ex ordine Praedicatorum
 assumptum, atq^e eiusdem ordinis protectore^m vigili.

Del
 Mayo
 1619

In qua

1^o Primò referuntur, et impugnantur quaedam assertiones Molinae,
 et sectatoru^m illius fol. 3^o.

2^o Constituuntur quaedam observationes ad intelligentiam status
 causa, qua inter Theologos ordinis Fratrum Praedicatorum, et
 D. Molinam uersatur. fol. 19.

3^o Respondetur ad arg^{ta} Molinae, et ad uaria loca Sanctoru^m, et Seco-
 lasticu^m, qua falso pro se idem Molina, et defensoris eius adducit fol. 22.

Omnia subiicimus correctioni S. R. E., atq^e S^{mi} D. N. Clemetis
 Octauuⁱ iudicio Sumiliter submittimus.



Summa Theologiae Thomae Aquinatis
in Prima Secundae Pars
Professorem, admodum reverentem
Ludovicum Molinam de Societate Jesu
quae deservit in concordia liberalis
sicut cum gratia honoris, et caritatis
sicut etiam in concordia liberalis
sicut, et deservit de casu
Societatis.

Alber.

[Handwritten flourish]

Ad Ill. et Rev. Patrem D. Thomae Aquinatis
S. R. E. Card. Alexandrinum ex ordine Praedicatorum
Ordinis Praedicatorum, admodum reverentem
Ludovicum Molinam de Societate Jesu
Societatis.

[Handwritten flourish]

Quia reseruntur, et impudenter, quodam rectoribus Molinam
et rectoribus illius
Constitutum, quodam rectoribus de interdictum
causa, quae inter Praedictum Thomam Aquinatum, et
D. Molinam rectoribus, fol. 10.
S. R. E. Card. Alexandrinum, et ad varia loca Societatis, et
Societatis, quae facta sunt in summa Theologia, et deservit eius caritatis, fol. 10.
Omnia iudicium rectoribus, S. R. E. Card. Alexandrinum, et ad varia loca Societatis, et
Societatis, quae facta sunt in summa Theologia, et deservit eius caritatis, fol. 10.

[Handwritten flourish]

S^{mo} ac R^{mo} D^{no} Fratri Michaeli Bonello. Cardinali
 Alexandrino, ex ordine Predicatorum assumpto
 eiusdemq; Protectori dignissimo, Fratri;
 Didacus Alvarez eiusdem ordinis
 sacrae Theologiae Professor summae

Provinciae Hispaniae ordinis Predicatorum, innumeris beneficijs a Vra Do-
 minatione aucta, et decorata, in Alma Vrbis hoc unum superest, cuius in
 omnibus causis, quae apud S^{mi} D. N. Clementem octaviu[m] pertractandae se
 offerunt, ut ad Vram Ill^{ma} Dominationem, tanquam ad Protectorem vigilan-
 tissimu[m], recurrat. Id, quod nunc confidenter facit, et humiliter in re-
 grauissima, et non solum Predicatoru[m] ordini, sed etiam uniuersali Eccl^{ae}
 ualde necessaria; cuius decisionem ad pedes S^{mi} D. N. reuoluti, expecta-
 mus, et suppliciter petimus, uestru[m] ad id opportunu[m] auxilium imploratis.
 Ante annos quindecim quidam sacrae Theologiae Professor e Religione Socie-
 tatis Iesu tentauerunt Hispaniae nouu[m] modum concordiae liberi arbitrij, cui
 diuina prouidentia, cum diuina gratia donis, cum aeterna praedestinat^e
 Dei, in Scholam Theologoru[m], praecipue Salmanticensium, et Valcoletana[m]
 introducere. Id, quod non sine scandalo eorum, qui in doctina S. Thomae,
 et S. I. Augustini uersati erant, factum fuisse, nobis sumum est. Nam
 statim non solum ordinis Predicatorum Theologi, uerum etiam alij
 grauissimi Salmanticensis uniuersitatis magistri, nouam illam
 doctrinam, tanquam erroneam, ac de Pelagianoru[m] reliquijs deriuatam,
 ad sacros fidei censors defrendam esse iudicauerunt. Quo factum est,
 ut Sancta Inquisitionis Vallisoletanae Iudex insignis, Joannes
 Aresius, vir ingenio, literis, prudentia, et omni uirtute praestans
 Salmaticam cuius rei inquirendae, et examinandae causa, missus fuerit.

Statu casu aperit

qui diligenti examinatione de assertionibus, et assertoribus facta,
omnes Sacra Theologia Salmaticenses Magistros in unum congregatos
consuluit; qui omnes temeritatis, et erroris nota praeiudicium doctrinam sub:
scriptis nominibus dignam esse iudicauerunt. Quamobrem noua concordia
assertores tametsi siluerunt. Dedit Ludouicus Molina Theologus So:
cietatis Iesu libellum de praedicta noua concordia, praeciatis tam
philosophia, quam Theologia inauditis fundamentis, apud Lusitaniam
conscripsit, atq; in publicum edidit. Libellus iste nouae maioris
scandali causa fuit, grandemq; dissensionis materiam fere in tota
Portugallia, et Hispania dedit. Etenim cum a quibusdam sacra
Theologia Professores Dominicani Indubitati Concordia illa noua
liberi arbitrij cum grae donis impugnaretur in Scholis, et multa pro:
positiones, quas in praefato Libello P. Molina asserit, temeritatis,
uel erroris nota miserentur; surrexit Valoleti in Collegio S. Am:
brosij Societatis Iesu quidam Theologus eiusdem Societatis nomine
Antonius Ladilla eiusdem Collegij sacra Theologia Doctor, qui Sabbatho
die quinta mensis Martij 1594. publicis Conclusionibus Hispani:
anarum Principi dicatis, quas praebit, ut magis diuulgarentur,
mandauit, constanter asseruit, et defendere in eodem Collegio So:
cietatis conatus est omnes, et singulas propositiones, quas in praefato
libello de Concordia liberi arbitrij P. Molina docet, ueras esse, et
probabiles, neq; aliqua nota, aut censura dignas. De per Theo:
logos Dominicanos, qui ex Collegio S. Gregorij, et Conuentu S.
Pauli Valisoleiani praefatis conclusionibus praesentis fuerunt,
et eas suis argumentis impugnauerunt, ad Sacrum Tribunal
Inquisitionis delata, iussu Supremi Senatus Regni Hispani:
ae eiusdem Sanctae Inquisitionis prouitum est, ut omnes
vniuersitatis, et ceteri doctores eiusdem Regni, atq; aliqui

Sanctae Theologiae Magistri Ordinis Praedicatorum Provinciae Hispaniae
mandententiam circa propositas assertiones Molinae, et praesertim circa
efficaciam auxilij Divini quam ille negat, subscriptis nominibus praesentibus
quod statim P. Provincialis Hispaniae executioni mandavit.
Unde ex sua provincia octo ex Doctoribus legit Theologos, qui tuos tractatus
circa efficaciam, vel inefficaciam auxilij Divini, et alias propositiones
Molinae ederent. Hi fuerunt Fr. Joannes de la Fuente Magister, Frater
Dominicus Bagnis Magister, et in Universitate Salmaticensi primarius
sacrae Theologiae Professor, Fr. Didacus de Languas Magr, Fr. Petrus de
Heizera Magr, et in eadem Universitate publicus Theologiae professor,
Fr. Petrus de Lederna Magr Cathedralicus Salmaticensis, Fr. Didacus
Alvarez Magr, et Lector Theologiae S. Pauli Valisoleitani, Fr. Christopho-
rus Rodriguez Legentatus, et Prior, et Fr. Didacus Hugo Presentatus,
et Regens Collegij S. Gregorij Valisoleitani. Hi omnes trigulares tractatus
de argumento supraposito conscripserunt, et proprijs nominibus subscripse-
runt, illos suo P. Provinciali offerentes, quos idem P. Provincialis
ad supremum in Hispania Inquisitionis Senatum statim detulit, et mirum
est, qualiter praedicti octo sacrae Theologiae Professores, qui tuos tracta-
tus ad invicem in suis domibus separatim, et absque mutua consul-
tatione dictauerunt, in unam tamen sententiam conveniunt, stylo
Omnipotenti, et rerum ordine differentes. Qua res antiqua veritatis,
sanctae doctrinae ex S. Patribus accepta certissimum iudicium est.
Tamen quia nimis prolixum videbatur, tot scripta varia de eadem
perlegeri, supremus Hispaniae Inquisitionis Senatus prudentissime
iudicavit, ut omnes illi octo tractatus in unum a suis auctoribus con-
flarentur, qui cuius causa statum compendiosius, et apertius contine-
ret. Id quod ex Consilio Patrum Capituli Provincialis Segoviae celebrati
mense Aprilis 1595. P. Provincialis Fr. Joannes de Villafranca Magr.

Hi octo Hispaniae
Eadem Apologia con-
scripserunt.

4

Sanctorum Patrum doctrinam defendant. Suscipe igitur, Benignissime
Princeps, praesens Opusculum, quod Provincia Hispania pietatis
Zelo Vra^m Ill^{mo} D. offert, et studium, quod in Saeparte ad nostra fidei
exaltationem, et S. R. E. obsequium libentissime impendit. Nunquam
enim haec familia sacro Inquisitionis Tribunali de-
fuit, nunquam illud fefellit, nunquam frustra latrans compta est; sed
semper de Ecclesia Christi benemerita fuit, et nunc benemereri usq^{ue} ad san-
guinis effusionem, si opus fuerit, iuvanti Domino, exoptat, atq^{ue} promittit.
Suscipiat nos Vra^m Benignitas pro Catholicis veritatibus, pro antiquarum
traditionum defensione uestri auxilium implorantes, atq^{ue} Deus Opt^{us} Max^{us}.
per Iesum Christum D. N. ad sui nominis gloriam, et laudem, Vram Dnat^{em}.
involucrum seruet, ut tandem post multos annos in summa felicitate
condituet.

Pa Prop^o Molina

Prima Propositio Molinae

Si duo aequales per omnia in omnibus conspiciant eandem. Mu-
lierem pulcherram, uenire potest a sola libertate arbitrij utriusq;
ut unus consentiat in peccatum, eam concupiscendo, alter non item.
Habet haec uerba Molina in Concordia liberi arbitrij q. 14. ar. 13.
disp. 12. pag. 53. et dicit illam esse Diui Augustini lib. 12. de Ciuit.
Dei. c. 6. Ex quibus uerbis statim infert Molina hanc propositionem,
eademq; est ratio de eodem modo affectis, aequaliterq; a Deo ad fi-
dem uocabis: Pro sola namq; eorum libertate potest eueniri, ut
unus amplectatur fidem, alter uero eandem contemnat.

Censura.

Haec assertio erronea est, et de Pelagiana haeresis reliquijs. Et probatur ex
illo loco p^a ad Cor. 4. Quis in te discernit? quid autem habes, quod non
accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? quibus
uerbis determinat Apostolus, quid fidelis discernitur ab infideli ex Dei
dono gratuito. Quod quidem misericorditer donatum est fideli; non aut
infideli; et tamen praefata assertio docet constantibus auxilijs, et donis
Dei omnino aequalibus per omnia, et in omnibus in duobus hominibus
eueniat aliquando, quod pro sola sua libertate, fidelis conuertitur in
tali causa, et non pro speciali Dei dono accepto, quod alter non habet, sola
libertas arbitrij illum discernit ab infideli, et non Dei donum, quod
est erroneum, et contra auctoritatem Apostoli inductam.

i. Cor. 4.

Confirmatur, et ostenditur uis cuius argumenti ex Diuo August:
lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 5, ubi explicans 6. Adimonium
Apostoli modo inductum, sic ait: Numquid per haec dona, quae omnibus
communis sunt hominibus, quis dixit: quis enim te discernit, et deinde

D. Aug.

unus conuertatur, alter non
si enim pro sola sua libertate

addidit; quid autem habes, quod non accepisti? potest quippe dicere
inflatus aduersus alterum, discernit me fides mea, iustitia mea, uel ali:
quid aliud; talibus occurrentibus cogitationibus, bonus Doctor inquit;
quid iustitiam habes, quod non accepisti? quod illi, qui te discern:
unt, ab alio, cui non donauit, quod donauit tibi? Factus Augustinus.
quibus uerbis, contendit S. Doctor, quod secundum Apostolum aliqua
speciale donum accepit a Deo ille, qui conuertitur, quod non accepit,
qui non conuertitur, et quod per illud donum Dei speciale discernatur
ab alio, et non pro sola sua libertate. Illa igitur propositio, quod sola sua liber:
tate unus conuertitur, alter non stantibus auxilijs Dei omnino
equalibus per omnia, et in omnibus, contradicit Apostolo.

D. Amb.

Præterea D. Ambr. lib. 9. de uocatione cap. 9. idem Apli testimo:
nium explicans, eandem uiam censuram confirmat. Sic. n. ait Ambros. con:
tra erectionem de lib. arb. gloriantem, illam emitti sententiam Apli
dicentis; quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris,
quasi non acceperis? Igitur profunditas illius questionis, quam se:
culorum admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur, per liberi
arbitrij uelle, et nolle non soluitur, quia licet uelit homini bonum nolle,
tamen nisi donatum non habet bonum uelli. Factus Ambrosius. Non

igitur idem conuertitur pro sola sua libertate, sed, quia uult uti auxilio
sufficienti (ut dicit Molina), sed quia speciale Dei donum efficaciter ac:
cepit, ut conuertetetur, quod non accepit alter, alias profecto
queritur illa, quare unus conuertitur, alter non, sufficienter
solueretur per uelle, et nolle liberi arbitrij nostri, quod est contra
Apostolum, et D. Ambr., neque esset questio illa adeo impenetrabilis,
ut dicunt Sancti.

Calum. 2

Nom. 9.

D. Anselm.

2.º Prob. ex illo celebri testimonio Apostoli ad Rom. 9. non est
uolentis, neque currentis, sed Dei miserentis, quod explicans D. Ansel.

lib. de gra, et lib. arb. c. 3^o sic ait. Fuerunt quidam superbi, qui totam
 efficaciam in sola libertate arbitrij consistere sunt arbitrati et paulo post
 loquens de illis, qui conuertuntur ad Deum, et bene operantur, subdit.
 Totum impetrandum est gratis, quia neq. uolentis est, quod uult, neque
 uolentis, quod uult, sed miserentis est Dei; Omnibus enim excep-
 to solo Deo, dicitur, quid habes, quod non accepisti, quibus uerbis aperte
 docet, speciali Dei gra esse impetrandum secundum doctrinam Agli,
 quod iste uelit conuertit ex Dei dono, quod accepit ille, qui conuer-
 titur, non autem alter; Non ergo unus conceditur pro sola sua li-
 bertate, ut dicit Molina, stantibus auxilijs Dei omnino equalibz.
 3^o Prob^o. Hae censurae ex rationibus, et testimonijs scripturae,
 et concilioru, quae adducuntur in censura 2. et 3. et 4. propositionis
 Molinae, in quibus precedentem magis aggrauat, et confirmat.

2^a Propositio Molinae.

Cum auxilijs ex parti Dei, cum quibus unus iustificatur, et saluatur,
 alius pro sua libertate nec iustificatur, nec saluatur: Nec dubitandum
 est, multos torqueri apud Inferos, qui multis maioribus auxilijs ad sa-
 lutem a deo donati fuerunt, quam multi, qui in Coelo diuino conspectu
 fruuntur. Et post pauca: Sed quod si cum maioribus auxilijs pra-
 destinati, et salui non fuerint, illi uero cum minoribus praedesti-
 nati, et salui fuerint: non aliunde fuit nisi quia illi pro inata
 libertate noluerunt ita uti suo arbitrio, ut salutem conseque-
 rentur aeternam; si uero maxime. Hartonus Molina in Concordia
 q. 23. ar. 4. disput. 1^a memb. ii. q. 5. postremo pag. 477.

Censura.

Hae assertio erronea est, sicut praecedens, et Egerii Pelagianoru magis propinqua

et in eo quod dicitur non aliunde provenire, quam ab innata arbitrij
 libertate, quod cum minoribus auxilijs esse sit predestinata, et sal-
 vatur, ille vero cum maioribus auxilijs non, aperte dicitur predesti-
 nationem salutem ad innatam libertatem nobis arbitrij.
 quod dicit Pelagianus, et contra in terminis Agostoli loco supra indicato.
 imo ut docet ex alijs, quod ab innata libertate nisi arbitrij, et non
 aliunde habeat providentia Dei circa electos, quod sit de facto predes-
 tinatio, ac per consequens sequatur, quod Deus maxime predestina-
 verit absolute et efficaci voluntate, quod errorum esse patebit infra
 in censura. ^{cap. 7.}

Propterea assertio prefata tribuit tantum Deo auxilium sufficiens,
 quo homo bene poterit operari, et salvari: actualem vero operationem,
 et bonum usum illius auxiliij tribuit non lib. arb. tantum pro in-
 nata sibi libertate, cum ait non aliunde provenire, quam ab innata
 eiusdem arbitrij libertate, quod cum minoribus auxilijs sufficientibus
 iste salvatur. Hoc autem asserere est expressum dogma Pelagij, ut clare
 constat ex verbis illius, quae referuntur D. Aug. tom. 7. li. v. de gra Christi
 cont. Pelag. et Calist. c. 4. Nos inquit Pel. sic tua ita distinguimus, et
 certum velut in ordinem digesta partimur. 1. loco posse statuimus:
 2. velle: 3. esse: posse in natura, velle in arb., esse in effectu locamus. p.
 illud, i. posse, ad Deum proprie pertinet, qui illud creat. sua contulit:
 duo vero reliqua, hoc est, velle, et esse ad hominem referenda sunt,
 quia de arbitrij fonte descendunt. ergo in voluntate, et operi bono laus
 hominis est: immo et hominis, et Dei, qui ipsius voluntatis, et operis
 possibilitatem dedit, quibus ipsam possibilitatem gra sua adiuvat, semper aux.
 quod vero homo potest velle bonum, atque perficere, solius Dei est, potest itaque illud
 unum esse, etiam si duo verba non fuerint; ista vero sine illo esse non
 possunt. Itaque liberum mihi est nec voluntatem bonam habere,

D. August.
 Verba Pelagij.

7
nec actionem: nullo autem modo possum non bene possib^{tem}. boni inest
mili, etiam si noluerit; nec obium tui aliquando in illo nat^a. recipit.
quem nobis sensum exempla aliqua faciant clariorum quod possumus
videre oculis, nūm non est: quod uero bene, aut male uidemus, hoc nūm
est: et generaliter conuersa complectar; quod possumus omne bonum facere,
dicere, cogitari, illius est, qui hoc posse donauit; qui hoc posse adiuuat.
quod uero bene uel agimus, uel loquimur, uel cogitamus, nūm est; quia
Ecce omnia uertere etiam in malum possumus. Eact^s. Pelagius. Certe si attente
inspiciantur uerba Pelagij, parum, aut nihil differre uidentur a uerbis Molinae.

Conferunt^r. uerba
Pelagij cum uerbis
Molinae.

sicut. n. Pelagius fatetur, quod auxilium sufficiens tribuens sibi posse operari,
ad Deum referendum est; qui illud creat^a. sua contulit: sed qd ille actualiter
bene operetur cum illo auxilio, ad hominem referendum est; quia di' ar:
bitrij fonti descendit: Ita similiter Molina tantum tribuit Deo auxilium
supernaturale sufficiens, quo homo potest iustificari, et saluari: sed
quod actualiter per illud auxilium operetur, et saluetur, in eadem arbi:
trij libertatem refert in assertionem, quam impugnamus: cum ait, id
non aliunde esse, nisi quia pro innata libert^e: ille uoluit uti aux^o.
suff^{ti}. Ecce Molina fatetur, quod actualis operatio descendit ab innata
arbitrij libertate, et non aliundi: Pelag^o. uero inquit, qd descendit
de arbitrij fonti: quod idem est.

Hec ualeat aduersarioru solutio, quod scz Deus illum, qui conuer:
situr, adiuuat speciali influxu gra^e simultaneo, et coadiuuante;
et ideo actualis conuersio in Deum, et hominem referenda est, immo
in Deum principaliter: Hec, inquam, solutio non ualeat. na et Pelagius,
praeter auxilium sufficiens, quod dat homini posse bene operari, ponit
concursum Dei simultaneum, quo ipsam possibilitatem operandi,
gratia sua semper adiuuat auxilio: similiter etiam fatetur Pelagius,
quod in opere bono et est laus hominis, et Dei, quia dedit creatura

posse operari, et illud posse adiuvat, cum actualiter bene operatur.
Nihilominus enavit Pelagius, quia dicit ipsum actuale opus bonum,
quo homo de facto ad Deum conuertitur de arbitrij fonte descendere.
Ergo etiam enavit Molina cum Pelagio asserendo non aliam de proue-
niri quam ab innata arbitrij libertate quod ille bene operetur, con-
uertatur, et saluetur cum minoribus auxilijs Dei sufficientibus, quae
hominibus tribuunt posse bene operari; alter uero cum maioribus au-
xilij damnatur. P. Nam si prouenit a speciali influxu gratiae, quod ille
conuertatur, et saluetur cum minoribus auxilijs, ergo iam prouenit
aliunde, quam ab innata, et sola arbitrij libertate.

Præterea nam prædicta 2^a assertio tollit, et negat donum perse-
uerantiae. 3^a est erronea. Anteced. prob^r quia si non prouenit
aliunde, quod ille cum minoribus auxilijs saluetur, nisi ab innata
libertate sui arbitrij; sequitur quod non proueniat a speciali dono
perseuerantiae collato a Deo misericorditer illi, qui saluatur, non
autem alteri, qui damnatur. Et enim si non prouenit aliunde, quod
ille saluetur cum minoribus auxilijs, nisi ab innata sua libertate;
certè non prouenit a dono perseuerantiae: nam si prouenit a
dono perseuerantiae; iam prouenit aliunde: uel fateri tenetur
Molina quod ille, qui cum maioribus auxilijs damnatus est,
habuit de facto donum perseuerantiae, quod et est erroneum. Et enim se-
cundum fidem Catholicam quicumque habet de facto donum perseuerantiae,
infallibiliter saluatur, ut patet ex illo Matthæi x^o qui perseuerauerit
usque in finem, saluus erit; et ex definitione Concilij Trid^o sess. 6. can.
22. Si quis dixerit iustificatum sine speciali dono Dei in accepta iust^a
perseuerare poss^e, uel cum eo non posse, anathema sit.

Laet^o arguitur, donum perseuerantiae est maius auxilium Dei, absolute lo-
quendo, quam alia signata auxilia, secludendo donum perseuerantiae: sed ille,

qui

qui saluatur, habet donum perseverantiae, ut constat ex locis scripturae
 et Concilij inductis: hoc autem donum non habet ille, qui condemnatur:
 2^o qui saluatur, semper habet maius Dei auxilium, quam ille qui condemnatur.
 3^o non stat quod avertit, 2^a prop^o quod, s. cum minoribus auxilijs unus
 saluetur, et alius, cum auxilijs maioribus, condemnatur. Haec Aesura
 amplius patebit, ex impugnatione duarum sequentium proponum.

3^a Propositio Molinae.

Error est assereri dari auxilium efficax, quod ex modo mentionis diuinciatq^{ue} ex
 Deo ipso habeat efficaciam; neq^{ue} hoc salua fide subineri pot^{est}, nam alia
 non saluaret libertate nisi arbitrij; docet hoc in concordia q. 23. art. 4. et 5.
 disput. 1^a memb. 6. s. nonnulli, pag. 425. et 426. ats 326. et 327.

calumnia 4^a

4^a Propositio eiusdem, qua magis explicat,
 et aggrauat praecedentem.

Diuisio sufficientis auxilij inefficax, et inefficax nra sententia, ab effectu, qui
 simul ab arbitrij libertate pendet, sumenda est: illudq^{ue} auxilium sufficient^{er},
 siue maius, siue minus, in se sit, efficax dicatur, cum quo liberum arb^{itrium}
 pro sua libertate conuertitur; cum quo tñ, nihil illo auxilio impediens,
 poterat non conuerti: illud uero inefficax dicatur, cum quo arbitrium
 pro eadem libertate non conuertitur, cum tamen potuerit conuerti.
 Hinc 4^o loco asserimus aux^{ilium} quoniam, atq^{ue} adiuuantis q^{ui}, quae lege ord^{ina}
 uatoribus conferuntur, quod efficacia, aut inefficacia ad conuersionem,
 seu iudificat^{em} sint, pendere a libero consensu, et coo^{per}atione arbitrij nisi cum
 illis; atq^{ue} adeo in libera potestate nra esse, uel illa efficacia reddere, consen-
 tiendo, et coo^{per}ando cum illis ad actus, quibus ad iudificationem disponimur;
 uel inefficacia illa reddere, continendo consentu, aut et eliciendo contrariu
 dictum. Haec 4^a propositio habet Molina in concor. q. 14. ar. 13. disp. 38. ats. 40. s. antiqua
 pag. 232. ats 166.

CENSURA præced. 3^a et 4^a Propositionis

Ista duæ propositiones 3^a et 4^a in eo, quod asserunt, nullum dari auxilium, quod, ut uenit à Deo, sit efficax, uel afferat secum efficaciam ad conuertendum peccatorem in Deum, aut bene operandum, sed solum dici efficax à effectu, quia nostrum arbitrium pro sua libertate bene operatur cum illis sunt errores, et de Pelagiana Hæresi, reliquijs.

Probatur hæc Censura ex Conc. Araucicano can. 4. ubi dicitur, si quis, ut à peccato purgemur, uoluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem etiam, ut purgari uelimus, per spiritus Sancti infusionem, et operationem in nobis fieri confiteatur; credidit spiritui Sancto per Salomonem dicenti; Preparatur uoluntas à Domino: et Apостоło salubriter prædicanti; Deus est, qui operatur in nobis et uelle, et pro bona uoluntate: Idem habetur can. 6. si autem nullum auxilium, prout uenit à Deo est efficax, sed, ut dicit Molina; Deus dat tantum homini auxilium sufficiens; homo uero pro immata sibi libertate reddit illud efficax, strenue cum illo operando: sequitur, quod Deus nostram expectet uoluntatem, ut purgari uelimus; et non moueat illam per spiritus Sancti infusionem, et operationem, ut purgari uelit. Hoc autem est contra decretum Concilij. Id, quod apertissime conuincit legenti Epistolam Prosperij ad Augustinum de reliquijs Pelagianæ Hæresis; quæ habetur inter opera Aug. to. 7. ante lib. de prædib. Sanct. Posterea probatur ex eodem Conc. can. 6, ubi sic definitur: si quis aut humilitati, aut obedientiæ humanæ subiungit quæ adiuutorium, nec ut obediens, et humillimus ipsius græ donum esse consentit; credidit Apostoło dicenti, quid habes, quod non accepisti, et græ Dei sum id, quod sum; at uero Molina in 3^a et 4^a assertionibus aptè subiecit quæ adiuutorium, obedientiæ, et humilitati humanæ dum assentit

in 4^a assertioni, quod auxilium et adiutorium Dei est efficax non quia
 ut procedit a Deo, sed quia cum afferat efficaciam ad convertendum liberum ad
 in Deum, sed quia ipsum arbitrium pro sua libertate obediendo, esse hu-
 miliando se convertit in Deum, et sic auxilium Dei, quod tantum erat
 secundum se sufficiens, reddidit efficax. Ibi autem est subiectum
 militati, et obedientie humanae adiutorium Dei, quod est contra Concilium.
 Confirmatur, nam Concilium definit, quod non tantum possit, sed etiam
 esse actualiter obediens, et humilis, et strenue operari cum auxilio
 sufficienti, est donum Dei; sed auxilium, quo actualiter peccator obedit
 spiritui sancto, vocanti, et convertitur, est efficax, si quis efficaciter
 ipse convertitur, igitur secundum Concilii definitionem datur aliquod
 gratia adiutorium, quod, ut venit a Deo, sit efficax ad convertendum
 hominem in Deum.

August. 10

Præterea in Canone e. e. Concilii sic definitur, multa sunt
 in homine bona, quæ non facit homo, nulla vero bona facit homo,
 quæ non prestat Deus, ut faciat homo, quod secundum Concilium Deus
 est, qui prestat, et facit efficaciter, fertur, et suadentes quod
 homo operetur actum bonum, quo in Deum convertatur, et disponit
 ad gratiam.

Nec valet solutio Aduersariorum, quod Deus dicitur facere bona opera,
 quæ facit homo, et precipue illa quibus ad gratiam propinque disponitur,
 quia confert illi auxilium supernaturale, sufficienter, quo homo pro
 minata libertate bene utatur, statim Deus aderit conferenda illi
 novum influxum græ adiuuantis, nam hoc est incidere in errorem
 Pelagii, ut patet ex verbis illius, cum censura 2^a propositionis
 inductis: etenim quod homo bene utatur, auxilijs sufficientibus,
 non provenit à sola minata voluntate, sed à speciali auxilio gratiæ Dei.

de. 2000

Præterea probatur ex Concilio Tridentino sess. 6. de iudificatione cap. 5, ubi

si habebunt. Cum dicitur in tunc hinc, conuertimini ad me, et ego conuertar ad uos,
libertatis nos ad nos conuertemur: cum nos respondemus, conuertit nos domine
ad te, et conuertemur, Dei nos gratia proueniri confitemur, quibus uer-
bis docet concilium, quod non tantum prouenimus Dei gratia, ut possimus
conuertit, sed etiam ut de facto conuertamur. Nam illud uerbum, Con-
uertite nos, efficaciam denotat auxilij diuini, a quo peccator habet,
quod conuertatur. Negare auxilium efficax, prout uenit a Deo, est
erroneum, et asserere, quod ab arbitrio nostro habeat efficaciam dei
auxilium, blasphemiam etc.

Rom. 4.
D. Augustus

Interdum in hanc uiam. Censura ex illo ad Rom. 4. idem ex fide
at secundum gram firmam sit promissio, super quem locum D. Augustus lib. de
predestinatione Sanctorum cap. 10. et 11. explicans illud Genesis 17. Pro-
missum Abrahe a dno, Latrem multarum gentium constituit, sic ait,
Hoc non de nostri uoluntate, sed de tua predestinatione
promittit, et promittit, et quod ipse facturum erat, non quod homines: nam
et si faciunt homines bona, que pertinent ad colendum Deum, ipse
facit, ut illi faciant, quod precepit, non illi faciunt, ut ipse faciat,
quod promittit, alioquin, ut Dei promissa impleantur, non in Deo,
sed in hominum esset potestati, et quod a dno promissum est, ab
ipsis gentibus redderetur Abrahe. Hactenus Augustus, cuius doctrina
confirmans, apparet uerba illa, que dno dixit per Prophetam, fa-
ciam, ut in preceptis meis ambulatis, et iudicia mea custodiatis, atq;
faciatis, et ecce contendit D. Augustus, in uerbis inuictis colligi e sacra
scripturas, quod detur auxilium, quod, ut uenit a Deo, sit efficax
ad faciendum, quod homines facient, quod Deus precepit, uel pro-
mittit, alias non esset firmas promissio Dei ex ipsa gratia, et dono
diuino, ut dicit Apstus, sed ex libertate humani arbitrij: quod, ut
dicit Molina, facit, quod auxilium Dei sit efficax, eo quod pro immata

Cicero. 367

libertati' auxilio Dei sufficienti voluit uti strenue pro eadem innata
libertate cum illo operando.

Perterea probatur testimonijs Sanctorum, qui aperte asserunt dari
auxilium, quod in se sit efficax ad immutandam hominis voluntatem,
et faciendum, quod bene operetur. S. Aug. id asserit tom. 7. lib. de
gra, et lib. arb. cap. 20. ubi sic ait, voluntas cuiuscumque hominis ita est
in Dei potestate, ut eam, quando voluerit, et quomodo voluerit, faciat inclinari.
et lib. de correct. et grat. c. 14. inquit, Deus de ipsius hominum volunta-
tibus, quod vult, facit, et lib. de praed. Sanct. c. 8. dicit gratiam effi-
caceam a nullo duro corde respuere, et infra docet, quod Deus facit volen-
tes ex nolentibus. videat Molina, an sit lapidei cordis, et durus res-
puendo gratiam, quae a Deo igitur habeat efficaciam convertendi hominem
in Deum: nam illam aperte respuere, cum inquit in 4^a assertionem,
quod auxilium Dei mendicat efficaciam a nro lib^o arb^o, et a bono, ~~atque~~
illius pro innata sibi libertati'. nos autem contra affirmamus, quod
liberum arbitrium mendicat efficaciam ab auxilio Dei, maxime in actibus
supernaturalibus.

Testim^o Sanctorum
ad probandum aux^o
efficax.
D. Aug^o

D. Anselm^o }

D. Anselmus lib. de gratia, et lib^o arb^o id ipsam confirmat. ait. n. fue-
runt quidam superbi, qui totam efficaciam in sola libertate arbitrij
consistere sunt arbitrati & Superbit q^o Molina, dum asserit in propo^o,
quas impugnamus, quod liberum arbitrium pro sua libertati' reddat
efficax auxilium, quod, ut venit a Deo, tantum erat sufficiens.

D. Thomas id ipsum confirmat apertissimis testimonijs, nam p^o 2^a q^o
iii. ar. 3. ait, quod unus effectus gratis ponitur, ut bonum, quod homo
vult, efficaciter operetur. ergo datur auxilium gratis efficax, et effica-
citer movens hominem ad operandum actus supernaturalis, maxime illos,
per quos ad gratiam disponitur, et p^o p^o q^o 19. ar. 8. corp. sic ait, voluntas Dei
necess^o actibus liberis non imponit: quod contingit propter efficaciam

divina voluntatis, cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam non tantum secundum id, quod fit, sed etiam ad modum fiendi, vel esse. cum igitur voluntas Dei sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo ea fieri vult: vult autem quaedam actiones fieri contingenter, et libere: et ita ab efficacia divinae voluntatis habent, et quod tales actus fiant, et quod fiant libere. Haec D. Thomas. Idem docet p. p. q. 83. a. p. ad 5^m quod clare contra 3^{am} et 4^{am} assertionem Molinae dici potuit? fatetur n. d. Tho., quod ab efficacia divinae voluntatis habet efficaciam nulum liberum arb^m ut libere suas act^{es} operetur non q^d d^o aux^m Dei efficax, quia nulum liberum arb^m illud facit efficax, ut dicit Molina, sed quia ips^{um} auxilium efficaciter movet liberum arbitrium.

D. Cyrillus.

Divus et Cyrillus in lib. de adorat^e et cultu in spiritu, et veritate expressis verbis distinguit, et concedit 2^o Dei auxilium, aliud sufficiens, et inefficax, aliud vero efficax eo modo, quo schola Thomistica illud constituit, et defendit contra Molinae, sic n. ait D. Cyrillus, Deus non solum verbis nos stimulat, et adhortationibus menti immittit, ut discedamus a peccato; sed tantam benignitatem nobis etiam exhibet universorum Salvator Deus, ut efficaci subsidio adiuvet, sicut quod scriptum est: Apprehendisti manum dexteram meam, et in consilio tuo deduxisti me. Nam quoniam hominis natura non valde generosa est, nec satis idonea, ut malum effugere queat. Duplex Deus concedere beneficium videtur persudens: ad monitionibus, ut subsidium inveniamus, et fortius illud prestans, quam ut malum pressens, et violentum prevalere possit. Hactenus Cyrillus, quibus verbis aperte docet constituendum esse auxilium sufficiens, quod datur homini, ut malum effugere possit, et auxilium aliud efficax, quod D. Cyrillus appellat subsidium Dei fortius, quod datur homini, ut efficaciter bene operetur, et malum effugiat, ne

Isal.

aduersum illum praeualeat. quomodo ergo dicit Molina nullum dari auxilium,
quod, ut uenit a Deo, sit efficax!

Præterea probatur eadem sententia ex orationibus Eccl^æ, quibus a Deo petitur, ut
misericorditer illi concedat auxilium efficax, quo de facto bene operetur, ut
patet ex illa oratione communi, Actiones nostras gustamus Dñe aspirando præ-
ueni, et adiuuando prosequerè, ut cuncta nostra gratia a te semper incipiat,
et per te capta finiatur, et ex alia oratione Dominice 6^æ post octauam Tri-
nitatis, Deus virtutum, cuius est totum, quod est optimum, misere-
re pectoribus nostris amore tui nominis, et presta in nobis Religionis aug-
mentum, ut quæ sunt bona, nutrias. Item etiam in oratione Domi-
nicæ 22^æ. Petit Eccl^æ, Deus refugium nostrum, et uirtus adesto pijs
Eccl^æ tua precibus, auctor ipse pietatis, et presta, ut quod fideliter
petimus, efficaciter consequamur. Ex quibus uerbis desumitur argu-
mentum, si bona cuncta a Deo procedunt, si Dei est totum, quod est
optimum, ut canit Eccl^æ, ergo auxilium efficax, quo de facto liberum
arbitrium bene operatur, Dei est, et a Deo procedit. Confirmatur si So-
mo pro uinata sibi libertati facit efficax auxilium, quod in se tan-
tum erat sufficiens, quid petit a Deo, quod per illum efficiatur efficax!
Eve argumentis triumphat D. Augustinus lib. de bono perseuerantis cap. 7^o.
aduersus illos, qui asserunt bonum usum liberi arbitrij, uel actualem
operationem bonam ipsius ab uinata procedere libertati, ut dicit
Molina; sic. n. ait Aug^s; proptus in hac re non operosas disputationes
expectat Eccl^æ, sed attendant orones suas; orat, ut increduli credant;
Deus g^o conuertit eos ad fidem; orat, ut credentes perseuerent; Deus g^o
donat perseuerantiam usq; in finem. Hæc Aug^s; si g^o secundum Molina
non est speciale Dei donum bonus usus liberi arbitrij, et efficacia,
quam habet in operando, sed tantum procedit ab eodem arbitrio pro
uinata libertati, superflue illud Eccl^æ peteret a Deo, ut misericorditer

orones Eccl^æ

D. Aug^s. lib. de bono
perseuerantis c. 7.

talem bonum utrum concederet, quod tamen asserere nullus audebit.

Denique probatur. nam ut docet S. Paulus, non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est; ergo à fortiori, efficacia, quam habet liberum arbitrium in actuali operatione maxime in operatione supernali, per quam disponitur ad gratiam ex Deo erit; aliàs id, quod perfectissimū est in operationibus supernaturalibus, tribueretur libero arbitrio pro innata libertati, et non pro speciali Dei dono, quod est Pelagianum.

5.^a Propositio Molinae

Circa scientiam Dei mediam inter scientiam naturalem, et scientiam liberam, quam idem Molina fatetur se adinuenisse ad concordandam libertatem nostri arbitrij cum diuina prescientia, et predestinatione, multa coaceruat censura digna.

Dicit 1.^o triplicem scientiam oportet distinguamus in Deo, nisi periculose in concilianda libertati arbitrij nostri, et contingentia eadem cum diuina prescientia allucinari uelimus; unam merè naturalem; aliam merè liberam, qua Deus post liberum actum suae uoluntatis absq. hypothese, et conditione aliqua cognouit absolute, et determinate ex complexionibus omnibus contingentibus, quae nam re ipsa essent futurae, quae non item; Tertiam mediam scientiam, qua altissima, et inscrutabili comprehensione cuiuslibet liberi arbitrij in sua essentia intuitus est, quod pro sua innata libertati si in hoc, uel in illo, uel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur, acturum esset, cum tamen posset, si uellet, facere re ipsa oppositum. Ita Mol.^a in concordia quae 1.^a 4. ar. 13. disp. 50. §. triplicem scientiam pag. 329.

Dicit 2.^o illam scientiam Dei nulla ratione dicendam esse liberam, tum

quia antecedit omnem liberum actum voluntatis divinae, tum etiam quia
 in potentate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud, quam crepta
 sciverit, neq[ue] et in eo sensu dicenda est nalis, quati ita imitata sit a Deo,
 ut non potuerit scire oppositum eius, quod per eam cognovit. si naq[ue]
 liberum arb[itu]m creatum actum esset oppositum, ut reuera potest, id ip[su]m
 scivisset q[ue] eandem scientiam, non autem quod crepta scit.

Dicit 3^o quare non est magis imitatum Deo scire per eandem
 scientiam hanc partem contradictionis ab arb[itu]o creato pendentem,
 quam oppositam.

Dicit 4^o Illam scientiam Dei mediam partim haberi conditione
 scire nalis, quati: provenit actum liberum voluntatis divinae, neq[ue]
 in potentate Dei fuit aliud scire, partim habere conditionem
 scientie libere, quati: quod sit unus potius partis, quam alterius,
 Sabet ex eo, quod liberum arbitriu[m] ex Hypothesi, quod crearetur in
 uno, aut altero ordine creu[m], esset potius facturum unum, quam aliud
 cum utrumvis indifferenti potest facere. omnia Sac Sabet Mo:
 lina ubi supra. & sicutabitur.

Censura dicti primi.

1^o dictum non carit magna arrogancia, et iniuria Doctoru[m] Eccl[esi]e,
 et Sanctoru[m], et omnium fere Scholasticorum. Nam auctor Molina
 sibi attribuit veram, et legitimam viam conciliandi libertatem arbitrij
 nobis cum divina pre-scientia, et pre-determinatione; Et audeat dicere
 ante illum nunq[ue] Emoi concordiam perfecte fuisse in Eccl[esi]a a Doc-
 toribus explicatam; Ceterum in pre-allegato libello q. 23. ar. 4^o. et 5^o
 disp. 1^a memb. ult^o & credens Aug[ustinus] fol. 487. dicit Molina ex sent^a
 Augusti: circa pre-determinationem fuisse turbatos multos viros doctos,
 ex Massiliensibus, et & nos pro nobis pag. 489. subdit Ecce verba.

Arrogancia Molinae
 con^{tra} D. Aug[ustinus]

qua scilicet doctrina circa concordiam liberi arbitrij, et predestinationis, quae
in varijs locis tradidimus, si datur, explanataq; semper fuisse, forte nec Pe-
lagiana heresis fuisse exorta, nec Lutherani tam impudenter arbitrij
nobis libertatem aut fuisse negare, nec ex Augustini opinione, con-
certationibusq; cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati, et reliquos
Pelagianorum in Gallia fuissent extincta. Haecenus Molina.
Spendant amore Dei censors fidei, et iudicent, an Eccl^a ex-
spectaverit per tot saecula doctorem Moliniam, ut hanc concordiam
exacte explicaret, quasi per scripturam Sacram, per Sancta Conci-
lia, et Auctores antiquos, et potissime per D. Augustinum, et D. Thomam
ptam concordiam Deus sufficientissime non explicaverit absque illa
scientia media a Molina, et a suis adinventa; quod concedere esset
blasphemum, et ponere defectum in divina providentia, in re ad bo-
num Eccl^a, et doctrinae Catholicae adeo necessaria; Afferre autem sicut
asserit Molina, quod ex opinione Augustini, concertationibusq; eius
cum Pelagianis fuerint in Gallia multi viri docti turbati, et quod
propter eandem Augustini doctrinam reliquos Pelagianos hereticos in
Gallia non fuerint eueusq; extincta, magnam iniuriam infert doctori
Eccl^a, ne dicam, blasphemiam: Haecenus ne omnes Sancti, omnes Eccl^a
doctores, omnes Theologi, qui sine illa scientia media explicaverunt
liberi arbitrij nobis concordiam cum divina predestinatione, et
prescientia, fuerint in hac parte hallucinati? multo maiori jure
in defensionem D. Augustini, D. Thomae, et aliorum Sanctorum, quos D.
Molina ita irreverenter tractat, ponet dicit de eodem Molina, quod
est hallucinatus in magnitudine. Cuius mysterij, et novam illius con-
cordiam causam fuisse non modice turbationis in tota fere Hispania,
et Portugallia, et vicinam non maiora incommoda afferat in Eccl^a.
quod si Pelagiani, et Lutherani quiescissent, si illis datus fuisset, et

explicatus nouus modus concordie traditus a Molina, forte erret, quia
 modus ille, et Pelagianis faueri, ut et Lutheranis uidetur; Pelagianis quidem,
 quia plus nimis tribuit libero arb. pro imata tibi libertate; Lutheranis
 uero, quia dum liberum arbitriū contendit statuere, illud destruit; etenim
 liberum arbitriū, quod omnipotentis diuinae, et efficaci illius, motioni
 non est subiectum, liberum arbitriū creatum non est.

Propterea quod Lutheranis faueat, et Pelagianis nouus modus concor-
 dia Molinae, ex eo colligitur; nam Pelagius, et Lutherus eadem uia, et
 eodem discursu in contrarios errores abierunt, ut ergo namque eane consequ^{am}.
 euidenter esse arbitratur; Deus predefiniuit humanos actus, et predes-
 tinauit quosdam uoluntate efficaci, et absoluta; ergo non remanet
 libertas in actibus humanis. Sed Pelagius, ut saluet libertatem arbitrij
 negat predestinationem, et efficaciam auxilij diuini; Lutherus autem
 concedendo predestinationem, negat libertatem arbitrij. Molina uero,
 ut saluet libertatem, negat predestinationem absolutam Dei, ut pate-
 bit in propositione 7^a et similiter efficaciam auxilij diuini. Nos aut,
 et libertatem arbitrij confitemur, et efficaciam auxilij diuini, et abso-
 lutam predestinationem cum illa saluari contendimus.

Censura 2^{di} et Tertij dicti.

Dictum 2^m. eiusdem assertionis quinta manifestam in se repugnantiam in-
 uoluit cum doctrina eiusdem Molina; nam primo asserit illam scientiam dei
 mediam nulla rone dicendam esse liberam, et postea in eadem pag^a. subdit
 illam scientiam, partim habere conditionem suę naturalis, et partim habere
 conditionem scientię liberę, quę duo sibi inuicem contradicunt, nam si
 nulla rone illa scientia est libera, ergo non est partim naturalis, et
 partim libera, sed est merē naturalis; nam scientia, quę partim est libera,
 aliqua rone habet diuina libera.

Præterea, id, quod asserit idem secundum dictum, quod scilicet in potestate Dei non fuit scire per eam scientiam aliud, quam se ipsa sciuerit. Pugnat etiam cum doctrina eiusdem Molinae in dicto 4.º ubi docet esse in potestate liberi arbitrij nostri aliud facere, etenim si in potestate liberi arbitrij nostri est aliud facere, sicut reuera est, ergo in potestate Dei fuit aliud scire.

Præterea arguitur, nam si illa scientia Dei media haberet certitudinem ex eo, quod liberum arbitriū hominis positum in tali, uel tali ordine rerum esset potius facturū hoc, quam illud, sequeretur, quod scientia Dei haberet certitudinem ab aliqua causa extrinseca, non autem a primario, et per se obiecto eiusdem scientiæ, quod est ipsa essentia diuina, quod tamen asserere est blasphemum, nam tunc mendicaret Deus certitudinem ab alio obiecto, quam a se ipso. Et per hoc manet et impugnatum tertium dictum.

Præterea impugnatur: nam sequeretur ex tertio dicto, quod scientia Dei esset confusa, et indeterminata ad alteram partem contradictionis, hoc autem asserere esset ponere in scientia Dei magnam imperfectionem, imo id ponere est contra rationem scientiæ, quæ est de eis, quæ non contingunt aliter se habere, ergo

Censura quarti dicti.

Quartū dictum non caret temeritate, et accedit maxime ad errorem, etenim assignat pro causa certitudinis scientiæ Dei aliquod creatum, scilicet usum actualem liberi arbitrij positi in tali, uel tali ordine rerum.

Præterea nam eximit, et subtrahit à diuina prouidentia, et uoluntate aliquam actionem creatam, nam ponit liberam hominis uoluntatem operantem in tali ord. rerum, antiquam in-

intelligatur decretum aliquod voluntatis diuinae circa talem operationem, quod tamen est erroneum, cum voluntas diuina sit omnium causa, quae extra Deum sunt bona, ut docet D. Tho: 3^a p. 2^a q. 19. et ibi Theologi, ergo tenetur Molina confiteri, quod ut talis actio bona fieret in tali ordine rerum, debuit praecedere decretum diuinae voluntatis, ut fieret.

Propterea scire est rem per causam cognoscere, sed diuina scientia non potest attribui sine blasphemia, quod quia cognoscit aliquam causam extrinsecam, cognoscit effectum eius.

6^a Propositio Molina.

Circa concursu Dei cum causis secundis multa docet Molina nota, et censura digna, quae non tantum Philosophis, sed et Theologis repugnant.

Dicit primo Deus suo auxilio, et concursu generali non influere in causas secundas mouendo illas ad suas operationes, sed influere tantum in suas operationes immediate, et in effectus causarum secundarum, additque alia, non saluari libertatem nostri arbitrii, sed dari ansam multis erroribus.

Ita dicit Molina in Concordia q. 14. ar. 13. disp. 26. §. dicendum itaque est ubi sic ait, quo fit, ut concursus Dei generalis non sit influxus Dei in causam 2^{am} quasi illa prius ab eo mota agat, et producat suum effectum, sed sit influxus immediate cum causa in illius actionem, et effectum. Eandem propositionem reperit disp. 27.

Dicit 2^o Deum, et causam 2^{am} respu effectus sedabere, ut causas partiales non secus, atq. cum duo trahant nauim, ita docet ubi sup^a disp. 26. circa finem.

Dicit 3^o quod illud auxilium generale, et concursus conuersalis Dei est mere naturalis, et eiusdem rationis respu omnium effectuum naturalium, et supernaturalium bonorum, et malorum, itaut actus ex vi illius concursus

non habeat, quod sit magis assensus fidei, aut actus charitatis, quam in-
fidelitatis, et odij Dei, aut fornicationis pag. isi. in Antwerp.

Censura Primi dicti.

Primum dictum est expresse contra totam Philosophiam, namper illud
eneruatur discursus naturalis rationis, quo ostenditur esse primum unum
motorem, et unam primam causam immotam, omnes alias causas
secundas mouentem. Vnde Aristoteles 8^o Phys. demonstrat omne,
quod mouetur ab alio moueri, et ex hoc infert esse perueniendum
ad unum primum motorem immobilem omnia mouentem, si aut
1^a causa non influeret in causas secundas, neq. moueret illas ad
suas operationes, vanus esset discursus Aristot.^{is}, nec haberemus de-
monstrationem naturalem ad demonstrandum Deum esse: ergo.

Præterea nam de ratione cause secunda est, quod subordinet
primæ cause non tantum in esse, sed in operari; etenim non tantum
effectus productus est ens factum, sed etiam ipsum agere cause
2^e est aliquid ens in rerum natura; ergo utrumq. dependet à
primo ente, et à 1^a causa; ergo prima causa influit, et in ef-
fectum, et in ipsam causalitatem cause 2^e.

Calixtinus Papa

Est et primum dictum contra expressam definitionem Calixtini Papæ
primi Eugenii nominis, qui in Epistola ad Ep^{os} Gallie s. sic ait, ita
Deus operatur in cordibus hominū, atq. in ipsum liberum arb.^m,
ut sancta cogitatio, pium consiliū, omnisq. bonus motus volun-
tatis ex Deo sit. quibus verbis docet Pontifex Deum non tantum
influeni in effectum voluntatis, sed et in ipsum liberum arbitriū,
et s. ir. quasi respondens arg.^{to} eorum, qui proteruè arbitrant.
tollī arbitrii libertatem, si ponatur influxus efficiax Dei in ipsum
liberum arbitriū. Subdit idem Pontifex, quo ubiq. auxilio, et

munerū

mūneri Dei non aufertur liberum arbitriū, sed liberatur, ut fiat de tenebros
lucidū, de pravo rectum, de languido sanū, de improvido provido. quid clarius
contra Molinam?

Præterea nam sequeretur ex 1^o dicto P. Molina, quod quando homo pro:
ducit actum contributionis, quo ultimati disponitur ad grām, operaretur
suam salutem non motus a Deo: consequens est contra expressam definit^{em}
Concilij Tridentini sess. 6. can. 4. de Justificatione, ubi sic habetur. Si quis
dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatū nihil coope:
rari Deo excitanti? Anathema sit. sequela probatur, nam iuxta primum
dictum Molina, Deus influit in effectū causæ 2^e, et non in causam,
ergo quando homo subito iustificatur, sicut Paulus, producendo actum
contributionis, Deus influit in illum actum, et non in liberum arbitrium
illud mouendo.

hoc consequens con:
cessit Antonius de
Padilla Confidens Concl.
Societatis Jesu.

Præterea idem Concilium Tridentinum sess. 14. c. 4. affirmat, quod attritio, et timor
inferni non solum sunt actus boni, sed et esse donum Dei, et Spiritus Sancti
impulsu nondum quidem inhabitantis, sed mouentis, quo poenitens adiu:
tus, viam sibi ad iudiciam parat, ergo secundum Concilium Spiritus Sanctus
mouet liberum arbitriū, ergo influit in illud, tanquam in causam secundam,
et non tantum in effectum, ut dicit Molina. Denique probatur omnibus ar:
gumentis, quibus in cens. 3^a et 4^a prop. ostendimus errorem esse negari
efficacia auxiliij diuini mouentis voluntatem ad actus bonos.

Ex his omnibus constat dictum primum, quod modo impugnamus, non
tantum esse contra Philosophiam, sed et ex illo inferri aliquos errores
contra fidem.

Censura dicti Secundi.

Dictum 2^m magnam ponit imperfectionem in concursu primæ causæ, et dero:
gat perfectioni illius; nam facere Deum causam partialem est exprimere
concursum causæ 2^e ab efficacia primæ causæ, quod sic ostenditur. Si Deus

et liberum arbitrium concurrunt ad actum fidei partialiter, sicut duo
trahentes nauim, ergo efficacia, et virtus, quam habet liberum arb.^m
ad credendum, non prouenit ex motione prima cause supernalis,
quod est erroneum, ut supra ostentum est. Sequela tamen prob.
nam duo trahentes nauim, ita se habent in ordine ad effectum, quod
unus non accipit uirtutem motiuam ab altero, sed ambo simul
concurrunt aequaliter ad eundem effectum: ergo.

Præterea idem secundum dictum est expresse contra D. Anselmum
lib. de grā, et lib. arb. cap. 3. ubi loquens de illis, qui conuertuntur
ad Deum, et bene operantur, ait: Totum imputandum est gratia,
quia neq. uolentis est, quod uult; neq. currentis, quod currit; sed mi-
serentis Dei, omnibus. n. (excepto solo Deo, dicitur; quid habes? quod
non accepisti? Idem dicit Bernardus in tract. de lib. arb. ubi do-
cet, nihil operari liberum arbitriū, quod ad salutem pertineat, quod
non sit potissime tribuendum Deo. Deniq. D. Aug. in Enchiridion.
cap. 32. inquit, ideo Apostolum dicere non esse uolentis, ut totum
Deo detur, uideatur cuiusmodi locus Aug.^m: clarissime enim nobis
fauet.

Censura Tertij dicti.

Tertium dictum est erroneū in fide, et probatur: nam si exui concursus Dei
non habet actus liberi arbitrij, quod sit fidei supernalis, magis, quam
infidelitatis: ergo quod sit actus fidei supernaturalis, credere Deum
vnum, et vnum habebit à libero arb., et non à concursu Dei, quod
est erroneum, ut patet ex definitionibus sequentibus, nam in Conc.
Calistino contra Pelagium celebrato, cuius meminit Aug. in Epist. iob.
et in Conc. Africano, ubi conuenerunt 214. Ep. et fuit à Pontifice con-
firmatum, ut refert Lasser in responsione ad octo cap. Gallorum, diffi-
nitum est, quod grā Dei per Iesum xpm D. N. non solum ad cognoscendā,

D. Anselmus.

D. Bernardus.

Conc. Calistini

Conc. Africanus

sed etiam ad faciendam iustitiam nos per actus singulos adiuuat, ita ut tunc illa, nihil uerq; sanctaq; pietatis habere, cogitari, dicere, et agere ualeamus. ex quibus uerbis desumimus argumentum subsumendo sic, sed credere certo mysteria fidei, est cum assensu cogitari eadem mysteria. ergo ad sic credendum, necessaria est gra Dei adiuuans, et non sufficit natura uirtus cum auxilio gnali naturali; ergo concursus, quo Deus concurrit ad actum fidei non est eiusdem rationis cum concursu illo, quod ad actus mere naturalis concurrat, ut dicit Molina. Confirmatur ex D. Aug. lib. de predest. sanctorum, ubi ait, errorem esse dicere, quod credere euangelio predicato est nobis ex nobis, ergo est ex speciali, et supremali aux. Dei.

D. Aug.

Præterea probatur ex Cone. Arausicano can. 6. et 7. ubi hæreticum esse decernitur, si quis affirmauerit posse per naturæ uigorem aliquid dici, aut cogitari, quod pertineat ad salutem uitæ æternæ, aut predicato euangelio consentire, nisi per illuminationem Spiritus Sancti: ergo errat Molina asserens posse quempiam certo credere per uires naturæ euangelio predicato, cum solo aux. generali, quod est ordinis naturalis.

Cone. Arausic.

Præterea probatur ex Innocentio in epistola ad Cone. Carthaginens., quæ habetur apud Augustinum epist. 93. et ex Solimo Pontificæ Max. in epistola ad omnes episcopos, quem refert Calixtinus in epistola ad Gallos cap. 9. et ex ipso Calixtino ibidem cap. 8. qui omnis expresse determinant, ad omnia boni opera, quæ pertinent ad uitam æternam, esse necessarium auxilium celestis, quod Sancti quotidie implorant. 3. doctrina Molina est erronea.

Innocentius. Augustinus. Solimus.

Id ipsum confirm. ex Cone. Trident. sess. 6. de iustificat. can. 3.

Cone. Trid.

ubi habetur. Si quis dixerit tunc præuenienti Spiritus Sancti illius inspiratione, atq; eius adiutorio hominem credere posse, sicut oportet, Anathema sit. cum qua definitione saluari non potest dictum, quod impugnamus.

Deniq; probatur. nam asserere quod concursus Dei generalis, quo Deus concurrit cum homine ad actum fidei est eiusdem rationis, et mere naturalis respectu omnium actuum, tam bonorum, quam malorum; est virtualiter docere, quod Deus, quantum est ex se, non magis concurrit ad actum signalem caritatis, quam ad actum peccati, quod est erroneum.

SEPTIMA PROPOSITIO MOLINÆ.

Circa mysterium prædestinationis multa etiam dicit Molina, noua, falsa, et erronea. 1^o dicit. His itaq; confutatis, ut ad rem redeamus (salua reuerentia, quæ d. Romæ debetur magna) non miror, si communiori Scholasticorum sententia, præsertim eo modo intellecta, quæ uerba d. Tho: hoc loco sonare uidentur, a multis dura nimis, indignaq; diuina bonitati, et clementiâ iudicetur. ita Molina in Concordia q. 23. a. 4. et 5. disput. i. memb. 6. §. Eis ita confutatis pag. 431. et infra multa uerba contumeliosa in sententia d. Augⁿⁱ, et d. Romæ circa prædestinationem profert.

Dicit 2^o quod prædestinationis cuiuscunq; adulti in particulari ratio sumetur ex bono usu liberi arbitrij eius præiusto, et ab eo fuit dependens talis prædestinatio, itaut ex uoluntate eius pendat, quod habeat rationem prædestinationis, et sortiatur hoc nomen, uel cretinet totam rationem prouidentis, qua Deus prouidet illi homini de medijs sufficientibus ad salutem. Nam ex eo, quod adultus uoluit cooperari illis medijs habuit illa prouidentia rationem prædestinationis, et alis non haberet, nisi rationem prouidentis; unde infert, quod ratio prædestinationis pendet ex uoluntate adulti uolentis cooperari illis auxilijs, additq; hoc negari non posse salua fide, et extendit ad Angelos eandem doctrinam, quod dicit relictis fuisse in communi prouidentia; unde infert, quod in eorum prædestinatione, necessario presupponitur

prescientia

præscientia boni usus liberi arbitrij: Hæc omnia docet Molina in concordia q. 23. a. 4. et s. disput. 1^a memb. 9. concl. 8. pag. 467. et in s. possumus confirmare pag. 469.

Dicit 3^o quod nullius hominis prædestinatio est certa, et infallibilis ex vi mediatorum, et auxiliorum, quæ Dei voluntas tribuit prædestinatis, ut pervenirent ad Beatitudinem, sed solum ex illa scientia media, qua Deus prævidit bonum usum liberi arbitrij futurum. Ita docet in concordia q. 23. a. 4. concl. 2. pag. 455. et idem docet concl. 3. et concl. ult^a memb. 9. de prædestinatione parvulorum.

Dicit 4^o. Deum neminem prædestinari absolute, et efficaci voluntate, nec et Apostolos, aut Beatam Virginem, vel alios confirmatos in gratia, sed sub conditione quadam mutabili boni usus liberi arbitrij prævidi a Deo, quia videlicet. Deus prævidit illos bene usus liberi arb^o, et auxilijs sufficientibus, cum tamen potuerint non uti bene illis, ita docet in Concordia disp. i. citata memb. 3. et memb. 9. §. illud etiam ex dictis, et p. p. q. 23. a. 5. memb. 9. et eandem doctrinam extendit ad prædestinationem parvulorum in concordia memb. 9. citato concl. 8. et 9. pag. 467. et 475.

Dicit 5^o quod splendor iustitiæ non est causa præcipua permissionis peccati, ita docet p. p. q. 23. a. 3.

Dicit ult^o ordo causarum, et mediatorum, qui divina providentia constitutus est, nullam omnino necessitatem consequentis, aut consequentis affert libero arbitrio, ita docet in concordia q. 22. a. i. disp. 2. §. Alterum est, et in s. quando. Infert statim, quod non omnis ordo divine providentiæ est certus, immobilis, et indissolubilis, quoad effectus executionem.

CENSURA

Omnia fere, quæ in hæc 7. propositioni docet Molina, manent ex parti

impugnata ex dictis in Centura tertia, et quarta, et quinta propositionis illius, sed ut singula eius dicta debita censura notemus, sic prima concluditur circa primum dictum illius. Audacter, presumptuose sibi, et iniuriose contra D. Aug^m, et D. Thomam loquitur Molina in illo dicto, et contra eam Vredogond sententiam circa predestinationem, dum sciens, et prudens illam rejicit, asserens eum illa non recte saluari arbitrij nostri libertatem.

Probatur hęc censura; nam sententia D. Labris Aug^m, et D. Thomę circa predestinationem, fuit approbata à duobus Summis Pontificibus, scilicet à Gelasio, et à Calisto.

Item etiam alij plures summi Pontifices approbaverunt universim omnia, quę docet S. Vro: nam Joannis vii. in bulla Canonisationis S. Thomę data in Avignone 18. Julij 1323. anno 7. sui Pontificatus inquit, quod D. Vro: humiliter, et sapienter omnem suam doctrinam, quęcumq; scripsit, et locutus cum regula fidei confirmavit; et in quodam sermone de laudibus D. Vro: quem idem Pontifex in sacro Palatio predicavit, cuius initium est: Scitote, quoniam Dominus Sanctum suum minificavit, inquit; quod post Apostolos, et primos Eccl^e. Doctores D. Vro: super omnes alios Eccl^{am}. Dei sua doctrina defendit. et ut refert Joannes Gerson cancell. Parisiensis tom. i. tract. 39. litt^a. A. idem Summus Pontifex qui D. Thomam catalogo sanctorum ascripsit, dixit in pleno Concilio quoddam S. Vro: nullis neq; in vita, neq; in mortis miraculis claruisset, quilibet artus doctrinę illius, erat prodigiū quoddam, et miraculum magnum preseferens testimonium sanctitatis eius.

Item Innoc^o. 6^o in quodam sermone de laudibus D. Vro: qui incipit. Et ecce plusq; Salomon hic. approbat omnia, et singula, quę D. Vro: scripsit, et docuit, et omnes hortatur, ut illius doctrinam sequantur, et defendat, ait enim hęc verba: Huius doctoris sapientia pre ceteris excepta canonica,

Per multos summi Pontifices approbat^r omnia sententia D. Vro:

Sabet proprietatem uerborum, modum dicendorum, ueritatem sententiarum,
ita ut nunquam, qui eam tenuit, inueniatur a tramib' deuiasse, et qui
eam impugnauerit, semper fuerit de ueritate suspectus.

12

Item Clemens 6^{us} eandem doctrinam approbat in quadam bulla
data in Auinione 5^o Februarij anno 2^o sui Pontificatus.

Item et Urbanus vi. in Bulla ad Archiepiscopum, et doctores Pado-
sanae vniuersitatis edita 30. Aug^o 1369. eandem doctrinam confir-
mat, et omnes monet, ut illam sequantur: quod etiam fecit nouissime
Pius V^{us} in Bulla edita Romae ij. Aprilij 1567. et temere ergo, et au-
dacter, ne dicam, erronee audeat Molina doctrinam S. Romae a tot
Summis Pontificibus approbatam circa materiam predestinationis
reijcere, et damnari, affirmans illam non saluari libertati arbitrij.

Censura 2^{di} Dicti.

Secunda conclusio error est con^{tra} fidem Catholicam asserere id, quod in
2^o dicto aserit, quod scilicet ratio predestinationis in particulari
cuiuslibet predestinati, adulti, desumitur ex prauo bono usu
liberi arbitrij pro inuata tibi libertati, et ab illo dependeat, ita
ut deus neminem absoluta, et efficaci uoluntate predestinauerit
in uitam eternam, sed sub conditione quadam mutabili boni usus
liberi arbitrij prauis a Deo. Hae censura est expressi S. Augustini
qui p^{ro}ptam assertionem Molina censet Pelagianam, quod probat in
libro de Predestinatione Sanctorum ex uerbis illis D. Pauli ad Ephes. i.
Benedictus Deus, et Pater D. N. Iesu xpi, qui benedixit nos
in omni benedictione spuali in coelestibus in xpo Iesu, sicut ele-
git nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, et
Immaculati in conspectu eius in caritati, qui predestinauit nos
in adoptionem filiorum per Iesum xpm in ipso secundum propositum

Aug^o censet Pelagianam
eandem propositionem
Molina lib. di. pag.
dist. Sanct. c. 17.

Verba Aug.ⁿⁱ

uoluntatis tuę in laudem glorię gratię tuę. Verba Aug.ⁿⁱ refert Glossa
ordinaria cap. i. ad Ephes. super uerba indueta d. Pauli, et sunt Ecce;
quomodo enim eligeret eos, qui nondum erant, nisi predestinando?
eligit q^o predestinans nos, et sicut non elegit, eò quòd tunc sancti
essemus, neq^{ue} ideo, quia Sancti futuri essemus, sed potius eligit
nos ad hoc, ut in tempore gr^{ie} essemus sancti per bona opera, non
enim quia futuri eramus, eligit, sed ut essemus Sancti, ideo quippe
futuri eramus, quia eligit ipse predestinans, ut talis per gratiam
eius essemus. Sed Pelagianus ueritati insultans ait; presciebat

et uidet^r amari
molina.

Deus, qui essent futuri sancti, et immaculati per liberum uolunta-
tis arbitriũ, et ideo eos in sua prescientia quales futuri esse pre-
sciuit, eligit; eligit, inquam, anteq^{ue} essent, predestinans filios,
quos facturos esse sanctos presciuit, non fecit, nec se facturũ, sed
ipse facturus esse presciuit, quem confutans Eie Agobolus dicit,
ut essemus Sancti. Hactenus Glossa ex Aug.^{no}, nihil aliud pro-
fectò asserit Molina in 2.^o dicto, quam quòd Pelagianus ille, quòd
in p^{ri}mo d. Augustinus impugnat. uideatur d. Augustinus
lib.^o allegato de predestinat^e Sanctorũ c. 17. apertissime namq^{ue} con-
demnat in toto cap., tanquam Pelagianam, asserbionem Molinę,
quam impugnamus.

Rom. 9.

Preterea probatur eadẽ Centura ex uerbis illi^{us} Apostoli ad Rom. 9.
cum .n. nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut se-
cundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex
uocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est;
Jacob dilexi, Esau autem odio habui; ubi expendendum est illud uerbum
Apostoli, ut secundum electionem propositum Dei maneret, id est ut
firmum esset ex ipsa Dei electione, et non ex ipsa prescientia boni uel
liberi arbitrij; si enim predestinatio tantum esset certa, ex bono uel

liberi arbitrij praequis non esset certa secundum electionem Dei, et secundum
propositum conferendi auxilia efficacia, quibus praedestinati saluantur.
sed prauidens Apostolus futurus esse homines superbos, qui rationem
differentiae inter Jacob, et Esau non solum ex uocanti, sed aliunde
inquirenti essent, subdit. quid ergo dicemus? nunquid est iniquitas
apud Deum? absit. ecce profecto replicam Molinae asserentis in concor-
dia q. 28. a. 4. et 5. disp. 1. memb. 6. §. Eis itaq; confutatis, quod sent.
O. Thomae, et Augⁿⁱ circa praedestinationem facit Deum crudilem, et iniquum;
sed quid respondet Apostolus? nunquid confugit ad scientiam illam
mediam boni, uel mali usus liberi arbitrij praequis? non sane. sed inquit,
absit. Moiti enim dicit; Miserebor, cui miseratus sum; et misericordiam
praestabo, cui miserebor. igitur non uolentis, neq; currentis, sed mise-
rentis est Dei. ecce Apostolus solutionem superbae interrogationis
ad uiam diuinam misericordiam reducit, et non ad uolentem, nec ad
currentem: nam et si homines per liberum arbitrium uelint, et cur-
rant, tamen Deus est, qui per suam misericordiam eos facit effi-
caciter, et liberè uelle, et currere, ut in 3. et 4. assertioni Molinae
ostensum est: deniq; Apostolus in eodem cap. aliam replicam blas-
phemantiu de hoc genere praedestinationis confundit; ait enim;
dicit itaq; mihi, quid adhuc quaeritur, hoc est quare Deus de nobis
congregatur, cum peccamus, si ipse nos indurat, non dando auxilia
efficacia, sine quibus non stat operari nos crete; uoluntati enim
eius, quis resistet? ecce aliud argumentum defensoru Molinae,
et respondet Apostolus, o homo tu qui es, qui respondeas Deo!
an non habet potestatem figulus ex ead; massa faceri aliud quide
uas in honorem, aliud uero in contumeliam? profecto Apostolus
non tam iratus responderit, si uera esset doctrina Molinae: facile
enim pacaret corda indurandiū respondendo, quod differentia

Molinae replica
soluit a d. Paulo.

inter duas donos, et contumelia tota reducitur ad bonum, uel malum unum
liberi arbitrij praeiudicium: sed nihil tale respondet Apollolus, sed redu-
cit ad primam, et antiquam radicem differentiam praedestinatorum
a non praedestinatoris, quia uidelicet, Deus uoluit pro sua misericor-
dia istum eligeni, alium relinqueri.

3^a Conclusio etiam est erroneum id, quod asserit Molina in eodem
dicto 2^o. Angelos uidelicet fuisse relictos communi prouidentiae, ut
per liberum arbitrium, talis prouidentia rationem praedestinationis
haberent: probatur ex censura omnibus argumentis, quibus impugnata
est supra 2^a propositio Molinae.

Præterea, nam alii Angelis, qui salui facti sunt, non tribuisset Deus
speciale donum perseuerantis, nec perseuerassent ex illo dono speciali, sed
ex innata libertati arbitrij bene utentis auxilijs sufficientibus
sibi donatis a diuina prouidentia: hoc autem assertum est erroneum,
ut ostensum est in impugnatione prima, et 2^a assertionis Molinae: 9^o

4^a Conclusio etiam est error assertum, quod Molina asserit, paruulos
uidelicet, qui per alienam uoluntatem, et operationem baptizantur,
et statim moriuntur, et saluantur, ideo fuisse praedestinatoris, quia
talis operatio aliena praeiudicium fuit a Deo. Probatur, ille paruulus bap-
tizatur, et saluatur ex meritis Christi, ergo illa baptizatio fuit effectus
praedestinationis paruuli: patet consequentia, quia non solum proce-
dit ex meritis Christi, quod si paruulus baptizetur, saluabitur, sed et
quod baptizetur actu: sed quicquid datur praedestinatoris ex meritis
Christi, ut medium necessarium ad salutem, est effectus praedestinationis: 9^o

Confirmatur, nam praedestinatio est preparatio donorum gratiae in praesenti
saeculo, et gloriae in futuro, ergo est effectus ex diuina praedestina-
tione infallibiliter subsequens, quod puer u. g. baptizetur in
casu posito, non 9^o illum Deus praedestinauit, quia praeiudicium operatione

aliena esse baptizandum, sed potius e conuerso, ideo operone aliena par-
uulus ille baptizatus est, quia a Deo erat predestinatus, deniq probatur
ex illo Rom. 10. quos predestinauit, eos, et uocauit, et quos uocauit, eos ius-
tificauit & ubi uocatio, et iustificatio ponuntur inter effectus predestinat^{is}.

Censura 3.ⁱ 4.ⁱ 5.ⁱ et 6.ⁱ Dicti.

Quinta Concl.^o id, quod aserit Molina in 3.^o dicto, q. u^x nullius hominis pre-
destinatio est certa, et infallibilis ex ui mediou^u, quæ a Deo prequisita
sunt, et preparata predestinatis, ut saluentur, sed tm̄ ex scientia illa
media, qua Deus prequirit bonum usum liberi arbitrij predestinati futurum;
est erroneum, et euerit fundamentum ^{predestinationis} predestinationis. Hæc Cen-
sura satis patet ex dictis in impugnatione 3.^a, et 4.^a assertioni Molina,
et in quatuor conclusionibus, quibus præcedentia dicta Molina a nobis
impugnata sunt.

Præterea probatur, nam 3.^m dictum tollit omnem efficaciam ab auxi-
lijs supernaturalibus, prout ueniunt a Deo; etenim secundum
Molinam predestinatio non est certa ex ui mediou^u, et auxiliorum Dei,
sed ut supra ostentum est in Censura tertia, et quarta propositionis
Molina, error est negare auxilium efficax, ut uenit a Deo, ergo.

Præterea ex causa contingenti non desumitur infallibilitas ali-
cuius euentus, ergo quod predestinatus saluetur, non est infallibilis
ex ui boni usus liberi arbitrij prequiriti a Deo, nam talis bonus usus est
contingens, cum possit esse, et non esse, ergo est infallibile ex ui me-
diou^u, et auxiliorum Dei, siue ex ui decreti diuini destinantis
illum predestinatum ad finem ultimū.

6.^a Conclusio, etiam est erroneum id quod aserit Molina in 4.^o dicto,
Deum u^x neminem predestinam^{us} absoluta, et efficaci uoluntate, nec
etiam Apolos, aut B. Virginem, sed sub conditione quadam boni usus

liberi arbitrij. Hæc Centura probatur ex dictis in Centura dicti præceden-
tis, et uideatur expresse contra illud Apostoli ad Ephe. i. ubi loquens
de se ipso, et alijs Apostolis, ait, elegit nos in ipso, ut essemus sancti,
de quo supra dictum est in 2^a conclusionè.

Posterea probatur ex illo D. Pauli. Misericordiam consequutus sum,
ut fidelis essem, ubi aduertit Conciliū Arausicanū Can. 15. quod nondixit,
misericordiam consequutus sum, quia eram, sed ut essem.

7^a Conclusio, dicere quod splendor iustitiæ diuinæ non est causa præ-
cipua permissionis peccati, uel reprobationis damnatorum, uel eorū
qui damnandi sunt, est manifestus error contra expressa loca Sacre script.

Probatur hæc Centura, nam D. Paul. ad Rom. 9. Eanc causam assignat
tanquam potissimam reprobationis, sic. n. ait, quod si Deus uolens osten-
dere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia
uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa
misericordiæ, quæ præparauit in gloriam suam, ubi D. Paulus causam
permissionis peccati esse dicit manifestationem iræ, et iustitiæ Dei,
sicut causa potissima prædeterminationis electorum est manifestatio
misericordiæ suæ.

Hoc ipsum confirmat idem Apstus eodem Cap. adducens illud dictum
Exodi 9. contra Pharaonem, quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostende-
rem in te uirtutem meam, ut annuncietur nomen meum in uniuersa
terra, ergo cuius uult miseretur, et quem uult indurat; expendat^r
illud uerbum, in hoc ipso excitauit te, ut ostenderem, ubi nomine ex-
citationis induratio, et permissio peccati Pharaonis intelligitur, quam
permissionem dicit Apstus, Deum ordinasse ad istum finem, ut ostenderet
uirtutem suam in punitione Pharaonis.

Posterea probatur ex illo Proverb. 16. Conuersa propter semetipsum
operatus est Dominus impium quousq; ad diem malum, i. hominem, qui

21

futurus erat impius Deus creauit, et permisit impietatem eius, ut iudicij Dei Just^a. elucescat in punitione illius, sic explicant Euno locum Glosa Lirani, Rodulphus Haimon, et multi alij; hoc etiam docet D. Aug^s lib. ii. de Ciuitate Dei Cap. 18.

Octaua Conclusio dicere quod ordo causarum, et mediorum, qui diuina prouidentia constitutus est predestinatis, nullam secum affert necessitatem consequentis, aut uero quod ordo diuina prouidentis non sit certus, immobilis, et indissolubilis, est erroneum. Hac conclusio est contra septimum dictum Molinae, et probatur ex illa Cel^a orone: Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, ergo ordo diuina prouidentis est certus; ergo E^c consequentia est bona, Deus prouidit E^c, uel disposuit E^c eueniri, ergo E^c eueniet, ergo diuina prouidentia affert seud necessitatem consequentis, quamuis in effectibus contingentibus, et liberis consequens sit in se contingens, et liberum.

Præterea probatur ex illo Sapient. 8. Attingit à fine usq; ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter, ex quibus uerbis derumitur argumentum, Deus omnia attingit fortiter, et suauiter uoluntati sua, qua omnia quæcumq; uoluit fecit in Coelo, et in terra, ut dicit Psalmista; ergo E^c consequentia est infallibilis, Deus ordinat certas causas, et media uolens aliquem effectum fieri efficaciter, ut v. g. quod Petrus conuertatur, ergo effectus ille erit, ergo habet necessitatem consequentia, quamuis consequens sit liberum.

Præterea, nam sequeretur, quod scientia, et prouidentia Dei esset fallibilis, quod est erroneum.

Præterea probatur conclusio ex Cap. Vati 23. q. 4^a ubi docet D. Aug^s c. Vati 23. q. 4^a quod futura ex libertate arbitij ad intuitum diuinum relata necess^a fuerit, ut stant sub dispositione diuinae notionis, per se uero considerata absolutam naturæ suæ libertatem, non deserunt. quibus uerbis aperte

docet divinam prescientiam, et dispositionem inferri necessitatem consequentis in actibus humanis quamvis in se considerati sint liberi. Id docet divus Anselmus expresse lib. de Concordia Predestinationis, et liberi arbitrij Cap. i. et 2. ubi docet hanc consequentiam esse bonam, Deus presciit Petrum peccaturum, ergo libere Petrus peccabit, quia ubique presciit Deus, et quod Petrus erat peccaturus, et quod erat peccaturus libere, sentit ergo Anselmus saluari necessitatem consequentis cum libertate consequentis eandem doctrinam et in Roma p. 2. q. 2. ar. 4. ad 3. ubi ait, quod si Deus moueat voluntatem ad aliquid impossibile est eum positioni quod voluntas ad illud non moueatur, non tamen erit impossibile simpliciter, sine habet ortum illa communis distinctio Theologorum de necess. in sensu composito, vel diuiso q. admittit ibi d. Roma p. 1. q. 23. art. 6. ad 5.

Octaua Propositio Molina.

Non videtur necessariū concedere omnes effectus fortuitos diuina prouid. esse intentos, sine patet necesse non esse concedere mortem illius, qui propter ipsius intentionem, dum natum uoluit, suffocatus est, esse intentam, ac uolitam a deo, sed permissam dumtaxat, ita docet Molina in Concordia q. 22. art. 2. §. circa effectus pag. 375. et in art. 4. h. q. §. sine etiam patet folio 381. docet interfectiones quibus aliqui interdum propter ipsorum spem a grassatoribus interficiuntur suffocationes aliorum in fluminibus, et his similes effectus non esse a prouidentia diuina intentos, neq. ut ita euenirent Deum mixtum causam, ex quibus proficiuntur preparant.

Censura.

Hæc assertio est erronea con. expressa loca sacre scripturæ, et probatur ex

illo 3. Argum

illo 3. Regum cap. ult.º ubi dicitur vir autem quidam tetendit arcum in
incertum sagittam dirigens, et casu percussit Regem Israel inter pul-
monem, et stomachum, et tamen constat ex ipso contextu eiusdem capituli
quod ille effectus casualis respectu eius, qui in incertum sagittam direxit,
fuit nihilominus ordinatus a Deo, ut puniretur Ahab propter unquam
iniquitatem tulerat a Naboth iuxta verbum Domini, quod locutus
fuerat in manu Elie, ut ibidem dicitur, et cap. xi.

22
3. Reg. c. ult.º

Preterea probatur ex illo Mat. io. ubi Christus Dominus ait, nonne duo
passeres asse ugneunt? et unus ex illis non cadet sine Patris uoluntate
super terram, hoc est sine providentia Dei, ut exponit Hieronymus, et
Glosa Interlinealis, et tamen cadere passerem. l. doliud super terram
est multoties effectus casualis, ergo.

Mat. io.

Preterea nam exprimit aliquem effectum qui in genere moris non
est malus a diuina providentia, et gubernatur. ut esse conuenit illud Sapien-
s. Quia providentia Pater ab initio cuncta gubernat, cuncta inquit
nihil excludens, si dicatur quod gubernat cuncta in communi, et
habet providentiam omnium in communi, non autem in partibus, conuenit nam id asse-
rere est conuenire cum illis, qui dicebant Job 22. Circa cardines Coeli
perambulabat, nec nostra considerat, et ponere imperfectionem in diuina
providentia.

Job. 22.

9.ª Propositio Molinae.

Primi parentis in statu Innocentiae ad uitanda letalia peccata
perseuerandum in gratia non eguerit auxilio partem superaddito, sed per
quodcumque tempus potuerit ab omni peccato tam ueniali, quam letali
abstinere. docet hanc propositionem Molina in Concordia q. 14. a. 13.
disp. 4. et ut constat ex his, quae in eadem disputantur. docet mens illius est
asserere quod Adam in statu Innocentiae pro accepta dona a Deo perse-
ueraret de facto si uoluisset absque alio nouo auxilio, sed tamen de

facto non perseveravit, quia noluit.

Censura.

Haec assertio praeferens quod est expresse contra D. Thomam p.^a 2.^a q. 109.^a ar.
10. et con d. Augustinum lib. de conec.^e et gra cap. 22. est erronea in fide,
quod patet definit.^e Concilij Arausiaci Can. 7. ubi sic dicitur, natura
humana et si in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo mo
se ipsam Creatore suo non adiuvante, servaret; unde cum sine gratia
dei salutem non possit conservare quam accepit, quomodo sine dei gra
poterit reparare, quod perdidit fact.^e Concilium, eius verba expressa
habent apud D. Aug.^m epist. 108. circa finem ecce Conc.^m determinat quod
supposita iustitia originali, q. Adam acceperat, indigebat ut super ad
iustitiam grae dei, ut preservant de facto ergo indigebat novo auxilio grae.

Præterea nam alibi sequeretur perseverantiam esse reducendam ad innatam
libertatem arbitrij hominis existentis in gra, et non ad speciale dei donum,
quod est erroneum, ut constat ex dictis in Censura 2.^a propositionis, Mo:
ling sequela prob.^r, nam sicut Moliniam Adam per dona grae accepta perseve-
rasset si voluisset sine eo quod daretur ei novum donum, ergo actualis
perseverantia adducitur ad innatam libertatem hominis.

X^a Propositio.

Confessio Sacramentalis facta per lras Sacerdoti absenti, et similiter absolutio
data glras ab eodem Sacerdoti absenti, est vere absolutio sacramentalis, et
in aliquibus casibus licitum est confiteri per lras Sacerdoti absenti, et ab eo
glras absolvi. Hanc doctrinam publice predicavit in Eccl.^a Toletana
quidam Theologus de Societate Jesu nomine Joannes Hieronymus, et illam
tenet Franciscus Suarez, et multi defensores molinae.

Censura

Hæc sent^a. est noua, temeraria, et periculosa in praxi, scandalosa, et forte erro-
nea; nec Eccl^a. Dei dabit in usu aliqu' Emoi modum absoluendi per
brâs absentem, donec Patres nonnulli Societatis illum introducere conati sunt,
reclamantibus, et contradicentibus omnibus alijs Theologis universitatis
Salmanticæ, Complutensis, Imitianæ, et Viletanæ, unde prædicta assertio con-
demnata fuit ab inquisitionibus Hispaniæ, et præd^r. Joannis Hieronymus,
qui illam prædicauit grauitè reprobentur. Alia quamplurimæ assertiones
præcedentibus similes habet Molina in prædicta Concordia, sed omnes fieri
reducuntur ad illas, quæ in præcedentibus sè impugnatæ.

Observationes ad plenam intelligentiam Status Suius causæ.

Primo obseruandum est quod defensores molinæ conantur multis modis omnes
et singulas eius propositiones supra damnatas. l. saltem earum plurimas
defendere, et probabilis reddere eas defendendo in varijs locis publicis
conclusionibus eas docendo in suis lectionibus, ac deniq' varios libros im-
primendo, in quibus conantur tales propositiones ab omni censura defen-
dere, quod in magnû præiudicium cedit antiquæ doctrinæ Sanctorum Pa-
trum, et in magnum scandalum totius reipub. et periculum fidei, et
cristi p^r. S^m. D. N. Clementem 8^m. perpetuum silentium Emoi varijs, et
peregrinis doctrinis imponatur, maiora incommoda in dies subsequuntur
ex illis.

2^o. obseruandum quod Molina, et eius defensor magnam iniuriam
irrogant discipulis d. Thomæ, præcipue Mag. Bagmæ, et Tumul-falsum tertimo =
cium in 2^o. grauiss^a. illis imponendo dum publicant prædictos magistros
sentire cum Lutero, et saluino, quod scilicet auxilium Dei ita efficaciter mouet,
et determinat voluntatem hominis, quod non possit homo illi resistere.

Saluino tertimo =
Mag. Bagmæ

quod est con expressam definitionem Concilij Tridⁿⁱ sess. 6. can. 4. de Iusti-
ficatione ubi definitur liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum
posse illi resistere si velit. Hoc falsum testimonium nobis expresse imponit
Molina in Concord. q. 23. a. 4. disp. 1^a memb. 6. §. Auctores, ubi sic ait Aue-
tores contrarie sent^e pressi difficultate multorum argumentorum, qⁱ ipsemet
conficiunt, nec profecto satis dissolvunt, inter alia dicunt, cum q^uo quicquid
gr^{at} accipit motus (quos Deum nulli peccatori denegare affirmant), neq^{ue}
tamen convertitur eo, quod efficax auxilium ei non conferatur, sine quo
converti non pot^{est}, et quo oblato nequit illi resistere, sed necess^{ario} convertit^{ur};
Hactenus Molina, quibus verbis falsum con^{tra} Mag^{ist}r^{um} Bagnes, et alios Thomis-
tas profert testimonium: Et enim Mag^{ist}r^{us} Bagnes, et Thomist^e non dicunt
quod quando Deus movet efficaciter liberum arbitrium, non pot^{est} liberum
arb^{itrium} illi resistere absolute, sed tm^{en} asserunt, quod ex supposit^o, et in
sensu composito non sunt Ecce duo compossibilia, quod Deus moveat
efficaciter liberum arbitrium, et quod liberum arb^{itrium} illi resistat. Ita docet
expresse Mag^{ist}r^{us} Bagnes 3^a p. q. 23. a. 3. dub. ult. concl. ult. §. tandem
ubi adducens verba Conc. Tridⁿⁱ citata ait quod Ecce propositio liberum
arbitrium pot^{est} dissentire si velit, debet intelligi simpliciter loquendo, non aut
in sensu composito, ita ut possint stare simul Ecce duo scilicet hoc auxilium
efficax exhibet in homine, et homo resistit dissentiendo: Ratio autem est
evidens, voluntati. n. eius qui resistet, scilicet voluntati efficaci, et abso-
lute ipsius. Hactenus Bagnes. Idem docet, ar. 7. sequenti in resolutione ad 3^m
que doctrina Mag^{ist}r^{us} Bagnes est expressa d. Thom^{as} 1^a 2^a q. 10. ar. 4. ad 3^m
ubi ait, quod si Deus moveat voluntatem ad aliquid, impossibili est eiu^s
positioni, quod voluntas ad illud non moveatur; non tamen est impossibili simpl^{iter}.
Idem docet D. Anselm. lib. de Concordia p^{re}destinationis liberi arbitrij cap. 2.
et d. August^{us} in cap. vari^{is} 23. q. 4. et quamvis Molina in Concord. q. 14.
art. 13. disp. 37. videat Emoi distinctionem de necessario in sensu composito,

et sensu diuino, per quod doctores antiqui soluantur argumenta in materia
 De predestinatione, et uoluntati Dei, tamen idem ipse Molina utitur eadem
 distincte disputat. 38. sequenti. S. Hinc patet, et q. 13. a. 4. Disp. i.
 memb. 9. Conclus. 2. S. pono, et per illam soluit argumentum quoddam
 quod format contra suam doctrinam, et inquit, cum necessario in sensu
 composito saluari arbitrij libertatem. Et minime est, quod Ege distinctio
 in ore Molinæ sit bona, et tamen in ore d. Augⁿⁱ. d. Antonii, D. Romæ,
 et discipulorum eius iudicetur aduersarijs mala, et maledicta.

3^o. obseruandum quod omnes Mag^{ri}. et Theologi Prouinciæ Hispaniæ
 ordinis Predicatorum requisiti de hac re ab Inquisitione generali Hispaniæ
 unanimi consensu censent librum Concordiæ liberi arbitrij Ludouici Molinæ
 perniciosum esse in Eccl^a, dignumq; quod prohibeatur omnino, ut potè, qui
 totus fere reatere erroribus ur, et consequenter expugnandam esse à p^a
 pte eiusdem Molinæ questionem 14^{am} et 13^{am} in quibus eadem fere re-
 pebit, quæ docet in Concordia, et nonnulla addit multo peiora, quæ oia
 diiudicari oportet, et decerni à S. D. N. Clemente octauo extra illa
 Hispaniæ prouincia ad pedes S. Beatorum. Eumitè deuoluta.

Ad argumenta, quibus Molina, et eius defensoris
 conuincuntur, et ad allegationes
 Sanctorum, et Doctorum falso
 ab illis adducta.

4^o. obseruandum est ualidi quod argumentum potissimum quod Doctor
 Molina, et fautores illius conuincuntur ad negandum auxilium
 efficax, prout uenit à Deo, est argumentum antiquum quod Epretici
 fuerunt conuicti ad diuersos errores proterue defendendos; argumentum
 autem est Emoi, si ponatur auxilium, quod ut uenit à Deo sit efficax
 ad immutandum, et immutet uoluntatem, ad producendos suos actus,

sive supernaturalis, sive naturalis non saluatur libertas eiusdem uoluntatis, ergo non est ponendum tale auxilium. Hoc argumentum proposuit in primis contra D. Petrum Apulum & Simon Magus, qui (ut refert D. Clemens lib. 3. recognitionum cap. 19.) sic arguebat contra efficaciam uoluntatis diuinae, Si quod uult Deus esse est, et quod non uult esse non est, ergo omnia necessitate eueniunt, et non libere, ad quod tamen argumentum respondet, statim D. Petrus Apulus per doctrinam, quam nos defendimus contra Moliniam, ut uidere est apud Clem. Cap. cit. et sequentibus. Idem argumentum fuit propositum a Pelagianis qui propter illud negabant Dei prouidentiam, et efficaciam diuinae uoluntatis, et necessitatem auxilij diuini, ut refert D. Hieronymus in Ep. ad Heliodor. contra Pelag. cap. 3. ubi sic ait, Eo quod deus non est meum argumentum unus discipulorum eius i. Pelagij imo iam Magister disputat sic, si nihil ago absq[ue] dei auxilio, ergo frustra dedit arbitrij libertatem, quam implere non possum, nisi ipse semper me aduenerit. Idem argumentum fuit ab Haereticis quibusdam, qui illis conuicti assentiebant, omnia euenire ex necessitate diuinae prouidentiae, inter quos fuerunt quidam Philosophi, quos refert D. Aug. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 8. et 9. et Priscillianista, quas impugnat Leo primus in Ep. ad Episcopum Asturicensem cap. xi. et videlicet errore 27. damnato in Conc. Constantiensi, et tunc hoc argumentum dissoluit expresse D. Petrus ubi supra, D. Aug. tract. 26. sup. Joann. et lib. de Spiritu, et tra. c. 30. D. Britobom. Romil. de Adam, et Eva, D. Ambr. lib. 2. de uocat. gent. cap. 9. et lib. 10. Ep. 84. et D. Anselmus in lib. de Concordia gratiae, et liberi arbitrij. D. Bernardus tract. de gra. et libero arb. qui incipit, Loquente me coram, et deniq[ue] D. Thom. illud proponit, et dissoluit multis in locis, praecipue 3o. cont. gent. cap. 148. et p. p. q. 19. ar. 8. ad 1. et 2. et q. 22. ar. 2. et q. 83. a. 1. ad 2. et 3. et minus est quod arg. communi, quod Sanctos an-

tiquos

tiquis scientia, et Spiritu Dei plenus non convincebat modernis Theologi
 in rebus gravissimis convincebantur, et convicti libero tribuant arbitrio,
 quod divinae misericordiae, et eius motioni efficaci potissimum tribuendum
 erat. Hoc adnotavi, ut constet quam antiqua, et molitosa semper fuerit
 in Eccl^a. Molinae querela, et arg^{tu} propter quod in Hispania tempestat
 exorta est, quod quidem argumentis Molina docet esse insolubile. D. Petrus
 Aplus, et omnes alij sancti supra inducti illud solvunt, et consequenter
 decernunt esse solubile. Videant g^o. Annot^o fidei, et iudicent, cuius iud^o
 standum erit. Divi Petri Apostoli, an Molina?

Alio arg^o. satis communi, et facili convincebantur Doctor Molina, et sui
 ad negandum Dei auxilium efficax esse necessarium, et est cuiusmodi.
 Si auxilium Dei efficax promovens potentias ad actus supernales est
 necessarium, ut actus illi a nobis eliciantur; Sequitur, quod non imputet^r
 peccatori ad culpam, quia non convertatur in acto mortis; probatur hoc,
 sine aux^o. Dei efficaci est impossibilis conversio peccatorum, sed nemini
 imputatur ad culpam si non faciat id, quod est tibi impossibile, quia
 nullus peccat in eo, quod vitare non potest, ergo si Deus non tribuit
 tale auxilium non imputabitur homini ad culpam finalis impenitentiae.

Hoc arg^{tu} habet Molin.
 in concordia q. 23. ar.
 4^o. Disp^o. 1^a. memb.
 5. aut 6. ves

Hoc tamen arg^{tu} non est novum, neq. insolubile, ut adversarij arbitratur,
 illud. n. proponit, et dissolvit in terminis d. Tho: 2.2. q. 2. ar. 5. ad 3^m.
 et 3^a. 2^a. q. 109. ar. 8^o. ad 3^m. et q. 14. de veritate art. 11^o. ad 2^m. et ex
 profertur diluit illud expresse 3^o contra Gent. cap. 159. et multo antea
 illud proposuit, et solvit d. Aug^o. lib. de correct^o. et gra cap. 7. ubi loquens
 de dono perseverantiae idem arg^m. adducit, asserens esse Haereticum
 arg^{um} ad probandum quod non sit imputandum ad culpam illis, qui a
 Deo donum perseverantiae non acceperunt, quod de facto non perseveret,
 Sic. n. in eorum persona ait Aug^o. nec excusabant dicentes sicut modo
 dicunt, quare corripimur? quare damnamur? quandoquidem perseverantiam



non accepimus qua permaneremus in bono? Hae Aug.

So. Observandum, quod Doctor Molina, vel eius fautores afferunt ad sui defensionem nonaginta doctores Sanctos, antiquos, et Scholasticos, ex quibus fere quingenta loca diversa adducunt, in quibus dicunt, Sanctos allegatos doceri, nullum dari auxilium efficax physicum praedeterminans voluntatem ad suos actus determinatione intrinseca, vel extrinseca, et addit, aliquos doctores ex allegatis clarissime id doceri, ex alijs vero per evidentes, aut probabilissimam consequentiam id deduci, ut constet ex allegationibus eorum ad suam defensionem adinventis typis mandatis, et traditis supremo Sanctae Inquisitionis Tribunali in Regno Hispaniarum, quamvis transumptum, quamvis non eodem ordine infra condituetur.

Molina allegat infideliter auctores ritibus sanctorum.

Sed prius sigillatim ad maiorem allegationis respondeamus, est valde advertendum, quod aliquando Ludovicus Molina, ut se defendat auctoritate sanctorum allegat infideliter, verbum aliquod illis addendo, vel mutando, aut et truncatum referendo, ut efficacius illi patrocinari videantur, etenim in Concordia liberi arbitrij q. 14. ar. 13. disp. 50. pag. 337. §. Leo primus, ad probandam illam scientiam mediam, quam ipse adinvenit, adducit Leonem Papam serm. ib. de Passione Dni sub hac forma, Non impias furentium manus immitit in se Dominus, sed admittit non praesciendo, quod faciendum esset, egit, ut fieret, Sed ait, Non praesciendo quod faciendum esset, coegit ut fieret, id est praesciendo quod erat faciendum a Judice non coegit per talem praescientiam ut fieret illud egit, et coegit diversum omnino sentum facit, etenim Deus agit ut iustus faciat aliquod opus bonum, et tamen non coegit illum, ut tale opus faciat.

Item etiam in eadem Concordia q. 14. ar. 13. disp. 12. pag. 53. §. ex dictis, adducit Molina d. Aug. lib. 12. de Civ. Dei cap. 6. sub hac forma verbis. Si duo aequalis per omnia in omnibus conspiciant eandem mulierem pulcherram, evenire potest a sola libertate arbitrij utriusque, ut unus consentiat

26

in peccatum eam concupiscendo, alter non item. et ex verbis Augⁿⁱ sub eae forma
relatis infert Molina euenire posse pro sola libertate utriusq; ut ex duobus
eodem modo affectis, aequaliter a Deo ad fidem uocatis unus amplectatur fidem,
alter uero eandem contemnat: et tamen D. Aug^s non dicit eueniri posse a sola
libertate arbitrij utriusq; Sed quod libere unus peccat, alter uero a peccato detinetur
etiam libere, et tamen Molina addit sent^a Augⁿⁱ illam particulam, pro sola,
ut auctoritati D. Augⁿⁱ hoc modo inducta, suam sententiam posset confirmare.

Aliam allegationem pro se adducit Molina, quae maxime illum condemnat,
adducit. n. in defensionem sugsent^a D. Chrysostom. Hom. 12. in Ep. ad Hebr. Vult in allegationi
Chrysostomi.

in initio expositionis moralis, et est ualde aduertendum, quod idem Molina
in sua Concordia q. 14. ar. 13. disp. 41. in princ. adnotat, quod sententia
quam ibi tenet D. Chrysost. est Pelagiana quod sine culpa Chrysostomi po-
tuit contingeri ac non bene perspecta, et examinata. Ergo consequenter
docet Molina quod sua ipsius sent^a est Pelagiana, patet hoc manifeste,
Nam Molina allegando pro se D. Chrysostom. Hom. 12. ad Hebr. fatetur
ingenuè se defendere eandem omnino sententiam, quam in frag^a Hom^a.
docet Chrysostom. Ergo si Molina censet Pelagianam sent^{am} Chrysostomi
in illo loco, suam consequenter ut Pelagianam condemnat.

Alia allegatione utitur etiam Molina ad sui defensionem, in qua uti Vult in allegⁿⁱ hipti h
uid. dolo et cautela, adducit. n. pro se Sixtum Senensem lib. 6. bibl^{ica} ann.
248. etenim Sixtus Sen. duplicem ibi contulit sententiam circa predes-
tinationem, alteram sui Praeceptoris Ambrosij Casseini, quam idem Sixtus
ut nouam, et pijs auribus offensiuam retractat, assererat enim Casseinus
excepta B^{ta} Virgine, et Apostolis ceterisquam Humani generis multitudinem,
quae predestinatur a Deo, non fixo, et immobili decreto, sed sub cond^{ione} quadam
mutabili boni usus liberi arbitrij saluam esse uoluit; alteram uero,
quam sequitur Sixtus tanquam coem, et Catholicam, quae est eadem, quod
D. August^s Romae, et nos defendimus, et tamen Molina adducit pro

se sententiam, quam Sixtus reprobat, et retractat, et relinquit illam, quam
resolutive sequitur, quæ est eadem cum sent.^a Thomistarum, eodem namq[ue] modo
posset confirmare errorem alium auctoritate Aug.^{mi} allegando illius sent.^{am},
quam tenuit dum esset Manichæus, quod quidem esset audacia intolerabilis.

Voluit in allegationi
Driedoni.

Alia intolerabili cautela, et dolo utitur Molina dum in suum favorem
adducit Driedonem ubi supra, maxime in libro de Concordia prædeterminationis,
allegat. n. locum, in quo Driedo procedit argumentando contra veram con-
cordiam liberi arbitrii cum grâ. Etenim in cap. ubi tuam resolute profert
sent.^{am} tenet expresse nobiscum, et novam doctrinam Molinæ condemnat,
ut patet ex locis illius, quæ adducuntur infra. Inter respondendum ad
loca scholasticorum eodem modo potuisset Molina D. Thomam allegari in
argumentis, quæ proponit in principio arti, dum ait, videtur quod Deus
non sit binus, et unus, et assensu D. Thomam teneri, Deum non esse
binum, et unum; quod tamen esset ingens iniuria contra Sanctum
doctorem. Alia veniunt advertenda in eisdem allegationibus magna
considerationi digna, quæ tamen in response ad loca doctorum
notabuntur, quæ ferè omnia falsè adducuntur à Molina, non enim
docent id quod Molina dicit eos docere, nec verbum aliquod Sancti dicit,
quod probabiliter saltem, vel apparenter possit in eius favorem afferri,
quia potius in eisdem locis ab ad.^{is} pro se adductis, vel saltem in quam-
plurimis illorum nobram expresse tenent sententiam, vel saltem
ex illis per evidentem, aut probabilissimam consequentiam deducit.
Id quod nos asserimus contra Molinam, dari videlicet auxilium dei
efficax movens nostram voluntatem maxime ad actus supernaturales,
et præsertim in illis, quibus ad iustificationem disponimus, ut
iam iam ostensurum sumus.

27

Allegationes Sanctorum, et Doctorum quos afferunt Molina, et sui
ad probandum, non dari auxilium efficax in prede-
terminans voluntatem, et responsio
ad singula loca.

Molina.

Ad hoc responsio.

A. Non dari auxilium in-
tinsecum, uel extrinsecum
physice preterminans omni
voluntatem, clare colligitur
ex d. Thom. 1. dist. 47. q. 1.
ar. 1. et de ueritate q. 5. a. 5.
ad 3. et q. 6. a. 1. et 2. et 3.
et 4. legum. xi. ar. 3. et
q. 2. q. 9. ar. 4. et 9. ad 3.
et q. 10. ar. 4. et p. p. q. 14.
ar. 3. q. 19. ar. 8. q. 22. ar. 4.
in corpore, et ad 3. et de pot.
q. 3. art. 1. uel ad 13. et 22. q.
